Idest si talis vrina apparet longo tpe pcedente: nec adsit fe. calefactionem epatis iudicabis. Sed si sit febris tunc illa febris est quartana ⁊ maxime in autūpno ⁊ hyēme. ℂ Cōmentū. ℂ In ruffum ṽgens. Post citrinū colorem agit auctor de ruffo colore ⁊ subruffo ꝓm coniugationem tenuis substantie ⁊ spisse: vel mediocriter tenuis vel mediocriter spisse. Et primo ostendit q̄ sit vrina eucratici corpis: ⁊ eucratici coloris. vrina nāq; ruffa vel subruffa in colore puri ⁊ equali ⁊ mediocris in substantia: corpus eucraticū significat. Designat nāq; tempantiā humoꝝ ⁊ equalitatem. Et talis color fit ꝑpter tpantiā caliditatis ⁊ frigiditatis. ⁊ talis substantia fit pp tpantiā siccitatis ⁊ humiditatis. Uel aliter ex calidis humoribus vrina fit colorata: ex frigidis discolorata: ergo ex tpantia coꝝ ex equali cōuenientia nec colorata nec discolorata apparet: sed potius ruffa cū quadā rutilancia ⁊ claritate: tāq; auꝝ eurizon qui color equaliter distat ab extremis. Et sicut est medius ita ⁊ mediocritatem designat. Ex siccis humoribus vrina attenuatur. Et ex humidis inspissatur ergo ex equali cōuenienᵃ ⁊ cōcursu coꝝ fit vrina in substantia mediocris: vt magis vergat in tenuitatem q̄ȝ in spissitudinem. Equalitas subē nullā significat in corᵉ fieri pturbationem. Nā quibus vrine distātes sunt hiis humoꝝ i corpore fit pturbatio. Puritas subē quādo. s. non est obscura nec obumbrata nec feculenta significat naturalis caloris fortitudinem valentis humorem depurare. Qꝛ si ruffa sit in colore ⁊ mediocriter spissa cū pura ⁊ equali substātia sanū significat sanguineum ⁊ tpantiā humoꝝ significat. Sed inequalitatem humoꝝ qꝛ significat dominiū sanguinis. ℂ Color vrine vergens in ruffum. Idest expresse ruffus vlʼ emulus ruffedini. ℂ Puri auri. Idest similis puri auri idest eurizon. ⁊ dicitur eurizon ab eu qđ est bonū ⁊ rison qđ est auꝝ inde eurizon idest bonū auꝝ: qꝛ auro bone radicis assimilat̃: nō auro alezca vel aluea veniente qđ est pallidū. ℂ Cui. Idest colori ꝑdicto. ℂ Se vnit. Idest copulat ⁊ associat. ℂ Liquor. Idest substantia. ℂ Equali. .s. sine aliqua perturbatione ⁊ nō est distans ꝓm omnes sui partes. ℂ Purus Ab omni nebulositate. ℂ Medius. Idest mediocris inter extremitates. ℂ Talis inq̄. s. color. ℂ Denunciat. Idest exprimit. ℂ Ualidos actus. Idest perfectā opationem virtutū ex tpātia ⁊ equalitate humoꝝ corporis pcedente: nō cuiuslibet: sed eucratici bene tpati. ℂ In puero iuuene ⁊c. Alia ponit regula de ruffo colore cū tenui substantia quia in puero significat fe. continuā. significat in iuuene. Triteum. Tertianam simplicem. ℂ Sed in sene flegmatico ⁊ muliere significat duplicem ter-

tianam. ¶ Tempore longo. Precedente febre circunscripta significat offensam epatis .i. calefactionē. ¶ Febrē quatriduanā. Idest quartanā notā significat. si diu talis vrina supradicta appareat cū febre: et hoc. s. maxime habet veritatē in autūpno et in hyeme. Rōs vero horum accidentiū cā breuitatis ptrāsimus: qz in cap. de colore citrino de hiis sufficienter explanauimus. etc.

Alia regula de colore ruffo.

Principio cause dum sunt noua semina morbi.
Ruffa parum tenuis: cuius summam regionem.
Nubes rara tenet: motu generata caloris.
De salso tipicam succendit flegmate febrem.
Sed triteum morbo iam procedente figurat.
Spissa parum iam non triteum: magis inductiosam.
Indicat ex salso: vel dulci flegmate febrem.
Flegmatis at salsi mordax exuberat humor.
Et sine febre furens enormes excitat actus.
Extremas pungens feruoris acumine partes.
Si subruffa parum tenuis nec nubila fiat.
Et talem seruet constanti tempore formam.
Idropico talis portenditur exitialis.

¶ Expositio. ¶ Principio cause. Hic dat alia regula de colore ruffo cū substantia mediocriter tenui: et est. s. vrina ruffa in colore et mediocrit tenui in substantia in principio passionis nebulosa et vmbrosa ex motu caloris p resolutionem fumositatis significat febrem interpollatā de salso flegmate. Sed egritudine iam pcedente significat tertianā. vnde sciendum est q si a principio morbi vrina magis accedat ad spissitudinem q̄ ad subtilitatem: tunc sine dubio significat quottidianā solū interpollatā supra de flegmate salso vel dulci: de salso si accedat ad spissitudinem. De dulci si incipiat inspissari. Et ista est sententia. 7. versuum vsq ibi flegmatis at salsi. Alia regula. vrina ruffa in colore cū mediocri tenui substantia: nō superius obumbrata: cū impura et inequali substantia flegma salsum significat abundare sine febre. Debet tamen ista vrina in superiori parte esse magis spissa: vrina ista reddit i colore medio mediocri. s. subruffa qz p mediocri calore ipsius flegmatis salsi mediocris fit ebulicio: et sic mediocris color fit: non obūbrata qz non est ibi febris. inequalis est substantia: qz ex flegmate dz esse spissa et ex siccitate qz salsum debet esse tenuis: et sic ex vtraqz redditur inequalis . s. superius: et tenuis inferius. Et ideo notandū est q ex isto flegmate salso et mordicante et abundante attrahit ad extremitates. s. manus et pedes: et hō rōne mobilitatis istarum partiū. Unde vrina aliquotiens significat pruritū per totū corpus vniuersaliter: et aliquādo particulariter: si ergo per totam vrinā appareant resolutiones tunc per totū corpus vniuersaliter: scabies

iudicatur. Si vero in superiori parte vrine tunc in superioribus membris pruritus ⁊ scabies signi in media regione vrine: tunc iudiciū est nutritiuorum membroꝝ. Si vero appareant in infima regione tunc scabies ⁊ pruritus pedū tibiaꝝ ⁊ coxaꝝ significat. ¶ Si subruffa. si talis vrina subruffa i colore: paꝝ tenuis in substantia: sine nubulositate appareat per longū tps in idropico: tunc significat destructionem ⁊ mortem: sic dicetur in ꝯmento: ⁊ hoc ꝯducit ipocra. i pronosticis: dicit enim omnis nāqꝫ idrops ⁊c. ⁊ i theophilo. ¶ Commentū principio cause. Alia regula de ruffo colore cū substantia mediocriter tenui. ¶ Dum sunt noua semina morbi id in principio passionis dum passio adhuc est noua ⁊ tenera. ¶ Ruffa in colore. ¶ Parum tenuis. Idest a tenuitate remissa. ¶ Nubes rara. Idest nebulosa quadā vmbrositate motu caloris per resolutionem fumositatis generata. ¶ Tipicā. idest interpollatā. ¶ Triteū. idest tertianā. ¶ Morbo accedente. idest iam materia digesta. Sed si a principio appareat parum spissa. i. magis accedens ad spissitudinem qꝫ ad tenuitatem iam non significat nisi quottidianam: ⁊ sublata est equiuocatio tertiane. ¶ Inducio-sam. idest interpollatā de salso flāte si accedat ad spissitudinem. ¶ Vel dulci. Si inspissari incipiat. ¶ Flegmatis at salsi. Ponitur regula de ruffo colore cum mediocriter tenui substantia: quā sic collige. Vrina in colore subruffa: ⁊ in substantia mediocriter tenuis: ⁊ non superius obumbrata: cum impura ⁊ inequali substantia flegma salsum sine febre significat: abundare. Sed in superiori parte debet esse magis spissa: ⁊ ex equalitatibus flegmatis salsi vrina redditur in colore mediocris. s. subruffa: quia pro mediocri calore flegmatis mediocriter fit ebulitio: ⁊ pro mediocri ebulitione fit mediocris: ⁊ non est obumbrata: quia non est accensio febrilis caloris. inequalis est in substantia: quia ex flegmate debet inspissari: ⁊ ex siccitate attenuari ergo pro vtraqꝫ redditur inequalis substantia. s. superius: ⁊ inferius tenuis. Spissa est vrina superius: quia cū ipsa vrina effundit aliquid spiritus ⁊ fumositatis: ⁊ qđ leue est de natura petit superiora: qđ vo i vrina est subtile per spiritus ascendit ⁊ perforat ab illis: qđ vero superius est natat per vrinam impellitur ergo ad superficiem materia: ⁊ inspissatur vrina. itē ex mediocri calore illius flātis aliqua fit ebulitio: ⁊ per eā alique partes resoluuntur ex humore: q̄ leuigate ⁊ inspissate: petunt superficiem. ¶ Mordax idest mordicans membra ⁊ pungens ꝑpter colericā infectionem. ¶ Enormes actus. i. prruritū ⁊ scabiem. ¶ Extremas partes. sicut manus ⁊ pedes ⁊ crura. Ad istas enim partes rōe mobilitatis potius attrahuntur ⁊ pellunt superfluitates. Sed distinguc. quia quādoqꝫ vrina significat vniuersalem pruritū multū totius corporis quandoqꝫ particularem: vt in supremis partibus. vel in infimis vel in mediis. Si ergo appareant resolutiones in suprema parte vrine tunc superiorū partium significatur pruritus: si in media nutritiuoꝝ. Si inferius coxarum crurū ⁊ pedum. Si autem per totam vrinā appareant resolutiones. totius corporis scabies ⁊ pruritus indicantur. ¶ Subruffa. idest parum tenuis: quia si-

ne febre. ¶ Non nubila. idest non nubilosa. ¶ Constanti tempore. vt propter perseuerantiam malicia designetur. ¶ Idropico. idest leucofantico. ¶ Talis idest ruffa vel subruffa. ¶ Portenditur exicialis. idest funesta et perniciosa quia febrem significat accendi in humoribus facientibus idropisim: qui cum multi sit prius consummit subtilis humiditas calore febrili quam ipsi recipiant aliquam diminutionem. Omnis namque idrops in accuta egritudine malum vt dicit ipo. in pronosticis. Infestatur enim paciens fe. grauedine et dolore et triplex funiculus difficile rumpitur: et ideo exicialis idest mortalis est in idropico talis vrina: quia significat speciem idropisis incurabilem. s. ascblitem et tipanitem. Item habetur apud theophilum dicentem vrina ruffa in idropico mala: quemadmodum aquosa vtilis.

De ruffo colore cum substantia mediocriter spissa.

Ruffa parum pinguis: retinens vmbracula nubis.
Indicat accendi febrem. de flegmate dulci.
Infra subsistens: color: et substantia constet.
Flegmatis excessus dulcis sine febre notatur.
Ruffa parum pinguis: tenuis vel liuida constans.
Membra quibus fiunt spiramina: flegmate dulci.
Vel salso monstrat: certa ratione grauari.
In muliere magis portendit probra monete.
Si color est ruffus: pinguis substantia: febrem.
Signat continuam de flegmate vasa tenentem.
Si sit causa recens: et summum liuor obumbret.
Aut minor innuitur: aut pleuresis insinuatur.
Si vetus: ascblites magis: aut empima notatur.
Debile reumata membrum turbante querela.
Disponi poterit pinguis: ruffique coloris.
Si spumosa magis fiat: cinerisque coloris.
Emula: distincte liuens: subruffa remissa.
Ad loca pulmonis morbus lateris peregrinat:
Pinguis: ruffa: parum liueus: oleagina: crinis.
Obsita sit febris ethice ligata fidelis.

¶ Expositio. ¶ Ruffa parum. Postquam determinatum est de ruffo colore cum tenui substantia: et mediocriter tenui: hic datur regula de ruffo colore cum substantia mediocriter spissa. Regula est ista quandocunque videbis vrinam in colore ruffam: in substantia mediocriter spissam et superius obumbratam cum non pura et inequali substantia: iudica quottidianam de flate dulci. ¶ Infra subsistens. Si autem color remittat et sit subruffus et remaneat substantia mediocriter spissa: tunc significat abundantiam flatis dulcis sine febre.

¶ Ruffa pax ping. Alia reª quotienscūq; videbis vrinā ruffam in co
lore in substātia mediocrit tenuē: vel spissam: ⁊ sit in supiori pte liuida lōgo
tpe talis pseuerās: significat flegma dulce vel salsum in spūalibꝰ abūdare.
¶ In muliere. Si talis vrina appareat in muliere hic color significat
matricē ꝑgrauatā ex flāte salso vel dulci: qꝛ quidā meatus cōes sunt viis
vrinalibus ⁊ matrici. Et tūc apparēt in vrina q̄dā resolutiones: q̄nq; albe:
q̄nq; nigre squamose: ⁊ non distinguit liuiditas in vrina nisi cū manus ap-
positione. pp h̄ qꝛ ruffus color impedit ⁊ tūc cū in matrice materia est con-
tenta adest dolor in dextro ipocūdrio cum inflatione quadā ⁊ extensione.
¶ Si color est ruffus. Alia reª de ruffo colore cū substātia p totū spis-
sa: ⁊ est ista: q̄ncūq; videbis vrinā ruffam vel subruffam in colore: ⁊ in sub-
stantia p totū spissam: obūbratā ⁊ obscurā sine liuiditate: tunc iudica febrē
ꝯtinuā de flegmate naturali intra vasa putrefacto ⁊c. ¶ Si sit cā recens.
Alia reª quotienscūq; videbis vrinā ruffam in colore: in substātia p to-
tum spissam: liuidā supius manu opposita sine resolutionibus furfureis
tpe pauco ꝓcedentē: minorem emittriteū iudicabis. Est aūt minor emittri-
teus ſm qd̄ vult auctor sequens petri musandini auctoritatē ex colera pu
trefacta ex̄ vasa ex flāte intra. Ex colera vrina debet colorari ⁊ ex flegma
te discolorari pro eoꝝ mixtione cū vrina. Et ita ex vtroq; reducit ad me-
diū colorē. s. ruffum vel subruffum. Liuida est ista vrina supius pp humo
ris corruptionē. Et qꝛ humor corruptus est paucus ⁊ etiā ruffedo vrine
impedit nō apparet liuiditas nisi opposita. Hec sunt acciª q̄ ꝯcomitant. s.
frigiditas extremitatū ad horā vespertinā: vñ licet colera dñiū habeat a
tertia hora diei: tamen pp flegma putrefactū a motu ꝓpria retardata legē
ipsius flegmatis sequitur: ⁊ hoc scriptū est in cōmento. ¶ Aut pleuresis.
Alia reª. Urina ruffa in colore: in substantia p totū spissa: liuida supius
⁊ turbulenta: in recenti tpe significat pleuresim. Et est sciēdū ꝙ pleuresis
vt vult Gall'. in 2º de crisi. 4. sunt acciª sibi ꝓpria. Unum est dolor lateris
pungitiuus. secūdū est fe. ꝯtinua. tertiū est tussis indefficiens. q̄rtū est dif-
ficultas inspirādi. Que v̄o sit dr̄ia inter vrinā significantē minorē emittri
teum: ⁊ vrinā significantē pleuresim satis habet in cōmento. ¶ Si vetus
ascblites. Alia reª vrina ruffa ⁊ supius liuida longo tpe ꝓcedente signi
ficat idropisi ascblitē vel empima cū disnia. ¶ Debile. Urina ruffa in
colore in substātia spissa supius liuida ⁊ granulosa significat materiā reu-
maticā ad mēbra debilia descendētē ⁊ apostema facientē: puta sub axellis:
⁊ in inguinibus. ⁊ etiā in mēbris generatiuis: in quibus pp plurimā ner-
uositatem viget sensibilitas doloris: ⁊ omnis dolor exacuit reuma: vt vult
Gall'. ¶ Si spumosa. Alia reª. Urina subruffa in colore a media re-
gione supius. distincte liuens ⁊ q̄si subcinericia multū spissa vel spumosa
in pleuresi: ꝓcedente ruffa intensa significat ꝯuersionē pleuresis: in peri-
pheumonia. Fit aūt in vrina subruffa p translationē materici a loco sensi-
bili ad locū q̄si non sensibilem. s. membrū flegmaticū videlicet pulmonem.
¶ Pinguis ruffa pax. Alia regula. Urina ruffa in colore: in substātia

spissa: magis tamen superius q̄ inferius opposita manu in superficie liui-
da ꝛ oleagina cum crinoidibus ꝛ resolutionibus multo tempore ꝑcedente
significat tertianā speciem ethice. ¶ Commentū. ¶ Russa parum.
Expeditum est de russo colore cum tenui substātia: vel mediocriter tenui.
Nunc autem proponit regula de russo colore cum mediocriter spissa sub-
stantia quasi incipiente inspissari que sic collige. Urina russa in colore: me
diocriter spissa in substātia: superius obumbrata: cum non pura ꝛ inequali
substantia: significat quottidianā de flegmate dulci. Si autem sit subrussa
manente eadem substantia significat abundantiā flegmatis dulcis sine fe-
bre. Et distingue. s. q2 illud flegma dulce habet īmutare vrinā duobus mo-
dis. s. substantia vel sui admixtione: ꝛ tunc cum fit illud flegma albū ꝛ spis-
sum reddit eam. s. vrinā albā ꝛ spissam minus tamen albā quod flegma na-
turale: ꝛ magis spissam quā flegma salsum: cum maiori humiditate partici
pet: quia qualitatibus sanguineis est infectum. Item flegma dulce immu-
tat vrinā ex qualitatibus suis: ꝛ reddet eam russam ꝛ subrussam ꝛ spissam
pro mediocri calore suo: ex quo mediocris fit ebulitio: ꝛ ex mediocri ebuli
tione contingit mediocris color. Est spissa propter humiditatem. Est ine-
qualis substātie: quia non est equaliter spissa per totum. Spissa significat
fieri perturbationem ex qua perturbatione generant fumositates multe:
ꝛ ventositas emissa cum vrina diuellit: ꝛ impellit humores per vrinā. ꝛ ꝑ
idem fit inequalitas substātie: cū magis impellatur de humoribus in vna
parte q̄ in alia. impuritas substātie significat defectū caloris naturalis nō
valentis deputare vrinā. q̄ sunt acciᵃ dulcis flegmatis vel salsi in libro no
stro de sinthomatibus requiras. ¶ Parū pinguis. idest mediocriter
spissa: q̄si remissa accedens ad spissitudinē aut incipiens inspissari. ¶ In-
fra subsistens. idest russa vel subrussa. ¶ Russa parū tenuis. Alia
ponit regula de russo colore cum mediocriter tenui substantia vel medio-
criter spissa: q̄ sic colligitur vrina russa in colore: in substantia mediocriter
tenuis: vel spissa: longo tempore liuida ꝑseuerans: in sup̄iori parte: flegma
salsum vel dulce in spiritualibus existēs in pinguibus abūdare significat.
Si mediocriter tenuis sit vrina: fit de dulci flegmate. Si mediocriter sit
spissa ꝛ adsit febris: fit de materia in spiritibus ꝯtenta. Sed flegma sal-
sum vel dulce in spiritualibus existens: ex calore eoꝝ ꝛ modo ebulitionis
corrumpit facile: ergo reddit eā per totā liuidā. Sed liuiditas illa propter
colorem vrine russe vel subrusse nō est ꝑceptibilis nisi facta manus appo-
sitione: ꝛ tunc dn̄t hec acciᵃ ꝯcomitari. s. tussis. strictura pectoris: ꝛ angu-
stia respirandi. Si talis appareat in muliere hic color significat matricem
ꝑgrauari a salso flegmate vel dulci: habet nāq3 matrix cōmunes meatus
cum viis vrinalibus. ꝛ tunc adsunt q̄dam resolutiones: que sunt quādoq3
nigre squamose ꝛ non est distinguendū de liuiditate nisi cum manus ap-
positione. Et adsunt etiā hec acciᵃ cum materia in matrice ꝯtinetur. s. do-
lor in dextro ipocūdrio cum extensione ꝛ inflatione q̄dam. ¶ Constans.
idest permanens diu talis. ¶ Quibus fiunt spiramina. idest mem-

dra spiritualia q̄ deseruiunt spirationi. ¶ Probra monete. idest vitium matricis ex repletione supfluitatum. Matrix moneta dicitur methafo° quia sicut super incudem moneta tunditur: sic in matrice fetus monetatur. Matrix plerūq3 oneratur ex flegmate salso ibi existente preter naturam ꝛ corrumpitur: ꝛ redundans per venam ꝯcauam ad epar sanguinem infi cit: ꝛ per meatus vrinales redundans ad vesicam vrinam inficit: ꝛ liuidā reddit ex sui admixtione. Sunt autem meatus vrinales ꝯiuncti ꝛ alligati matrici: ꝛ tunc apparent q̄dam resolutiones quandoq3 albe quandoq3 ni- gre ꝛ squamose nec distinguitur liuiditas nisi apposita manu quia sub ruf fo colore delitescit: hec accidentia debent adesse scilicet dolor sub sinistro ipocundrio cum extensione quadam ꝛ inflatione. ¶ Si color est ruffus.

Alia regula de ruffo colore cum prorsus spissa substantia: quam sic col- lige. Urina ruffa in colore: vel subruffa in substantia per totum spissa: su- perius per totum obumbrata ꝛ obscura: sine liuiditate quottidianā signi- ficat de flegmate naturali. Item alia regula. Urina ruffa in colore: in substantia per totum spissa apposita manu: in superficie liuida: sine reso- lutionibus furfureis pauco tempore procedente significat minorem emit- triteum. Fit autem minor emittriteus ex colera putrefacta extra vasa ꝛ ex flegmate intra. Et ex colera debet vrina colorari. Sed ex flegmate de- bet discolorari: ergo ex vtraq3 in colore debet fieri mediocris. s. subruffa ꝛ ruffa ꝛ est superius magis spissa: propter assignatam causam: quam pre- misimus de vrina significante quottidianam interpollatam de flegmate salso. Liuida in superficie est propter corruptionem humoris: ꝛ propter incidentem ebulitionem: ꝛ quia paucus est humor corruptus: ꝛ propter vrine ipsius ruffitatem non potest distingui liuiditas. sine manu opposita. Et hec accidentia debent concomitari. s. frigiditas extremitatum ad ho- ram vespertinam: ꝛ hoc propter coleram putrefactam extra venas cuius fit dominium a tertia hora diei: tamen a propriis motibus retardatur pro pter flegma putrefactum in vasis. Et sequitur legem flegmatis ꝛ sunt in summo labore vsq3 mane: quia de vtraq3 materia affliguntur: ꝛ tunc vsq3 ad horam tertiam sunt in summo labore: quia dum altera materia putre- scit: alia preparatur ad putrefactionem: ꝛ a tertia hora vsq3 ad horam ve- spertinam sunt in falsa quiete: quia tunc de altera affligitur ꝛ tunc insur- git paroxismus. Et in accessione iacet oculis clausis: ꝛ palpebris obpres- sis: nec oculos aperit: nisi vocetur ꝛ hoc accidit: propter fumositatem re- solutam: humiditate fumosa petente caput ꝛ relaxante palpebras oculo- rum. Non hos latet sententia ferrarii ꝛ plotearii: ꝛ magni ioannis de san cto paulo: qui asserebant minorem emittriteum de colera intus putrefa- cta: ꝛ flegmate extra. Sed eorum sententie sunt dimittende. Et petri mu- sandini auctoritatem sequimur. ¶ Si sit causa recens. Alia regula de vrina ruffa in colore: in substantia per totum spissa: superius liuida ꝛ tur- bulenta in recenti causa: pleuresim significat: quam consequuntur: hec ac- cidentia scilicet febris accuta: dolor lateris pungitiuus: tussis indeficiens:

difficultas inspirandi. Sed quare hec sint in regulis de vrina significante materiam in spiritualibus determinatum est. Sed nota hanc differentiam inter vrinam significantem minorem emittriteum: ꝛ vrinam significantem pleuresim. Nam in pleuresi magis distinctam habet liuiditatem ꝙ in minori emittreo. Et in pleuresi non est tipus qui est in minori emittriteo. ¶ Si vetus. Alia regula. Vrina ruffa ꝛ liuida superius longo tempore procedente aschlitem significat vel vitium empimatis cum vitio disnie: vnde vero habeat liuere in aschlite requirendum est in predictis. ¶ Debile. Alia regula. Vrina ruffa in colore in substantia spissa superius liuida ꝛ granulosa significat apostema in inguinibus vel sub assellis aut in membris genitalibus: in quibus propter plurimam neruositatem vergit sensibilitas doloris. Ex dolore prouocatur impetus reumatum. Omnis nanqꝫ dolor exacuit reuma vt asserit Gall'. ¶ Si spumosa. Alia regula. Vrina subruffa in colore remissa in subruffitate: a media regione superius distincte liuens: ꝛ quasi subcinericia multum spissa vel spumosa in pleuresi: precedente ruffa intensa significat conuersionem pleuresis in peripheumoniam. Fit autem subruffa per translationem materiei a loco sensibili ad locum quasi insensibilem .s. ad membrum flegmaticum .s. pulmonem. a medio superius est quasi liuida propter incidentem ebulitionem: ꝛ ex corruptione materie. ꝛ ex conuersione eius insaniem: cuius pars ad vrinales meatus ad venam concauam transmittitur: ꝛ per vrinam purgatur: que ebulitio leuigata ꝛ purgata ꝛ a spiritu impulsa superficiem vasis petens reddit eam talis coloris. Subcinericia est ex resolutione partium pulmonis. Pulmo enim est quasi subcinericii coloris: sed spumosa est ex motu pulmonis assiduo. ¶ Pinguis: ruffa parum. Alia regula. Vrina ruffa in colore: in substantia spissa magis tamen superius ꝙ inferius: apposita manu: in superficie liuida ꝛ oleagina: cum crinoidibus resolutionibus longo tempore significat tertianam speciem ethice longo tempore procedente: ideo additur: quia febris hec cum sit habitudinalis: non aduenit nisi cum longo tempore talis color fit ex colore membri ex quo cum fiat aliqua ebulitio in membris talis protenditur color. Qꝫ appareat liuida: fit ex corruptione substantialis humiditatis. Qꝫ appareat oleagina fit ex pinguedine a membris resoluta. ꝛ in vrina supernatante. Sed non potest distingui vnctuositas vel liuiditas nisi manus sit apposita propter paucitatem ipsius pinguedinis: ꝛ propter ruffum colorem ipsius vrine. Crinoides resolutiones fiunt ex calore infixo membris ꝛ eorum parte dissoluente. Hec accidentia concomitantur .s. color continuus propter continuam distemperantiam membrorum: sed tamen lentus: quia non fit ex materia sed ex humore. Calor in nodis manuum ꝛ pedum ex colerica fumositate procedente a spiritualibus. Rubor ganarum ex colerica fumositate eas inflamāte. dolor sinistre spatule: quia cum sit alligata cum spiritualibus quasi cōtrahitur: ꝛ desiccatur.

Soluit ꝗ ꝯtinuitas ⁊ fit dolor: tussis varia. qn̄q3 fit tussis sicca. ꝑꝑ siccitatē qn̄q3 humida ex aliq̄ supfluitate ꝯtenta in spūalibus. ¶ Macies totius corporis ex calore mēbris infixo ꝯsumente mēbra ⁊ dissoluente. vngues aūt attenuant̄ ex reuerberatione vaporis: vn̄ in medio ꝓpellunt̄. ⁊ ī lateribus ꝯstringunt̄. Lr̄a plana est ex p̄dictoꝝ determinatione. ¶ Pinguis. nō vnctuositate sed spissitudine. pinguis nāq3 in hac facultate equiuocatur. ¶ Cōtinuā nō q̄libet sed cottidianā de flegmate naturali. ¶ Reumatica sicut in apostematibus. ¶ Empima. idest sputū saniosum ex emoroide p̄cedente. ¶ Morbus laterisq3. Idest pleuresis. ¶ Peregrinat. Idest transferri significatur. ¶ Crinis. Que sunt. s. crinoides resolutiones. In tractatu de ꝯtentis sufficient̄ dicemus. ¶ Febris ethice. Quātum ad tertiam speciem.

De colore rubeo.

Clara rubens triteum: duplicem: vel epar calefactum.
Quartanūq3 potest insinuare tipum.
Hec: mora vel breuitas: nubes: tempus: status: etas.
Hec probat infirmi passio: forma: locus.
Ut stabili pede vadat sententia sunt hec.
Omnia iudicio discutienda tuo.

¶ Hic de colore rubeo. Reª vrina in colore rubea: in sb̄a mediocrit̄ tenuis obūbrata supius ⁊ magis spissa q̄ inferius: significat duplicē tertianā. Et tūc ista accidētia ꝯcomitant̄. s. dolor capitis maxime in dextera pte: vbi est dn̄iū colore: sitis: amaritudo oris: tinnitus auriū. Et est notādū ꝺm diuersitatē subiectoꝝ in vrina h3 varias ⁊ diuersas significationes: q2 talis vrina in iuuene ⁊ colerico simplicē significat tertianā: in puero ꝯtinuā. ¶ Vel epar. Eadē vrina rubea ⁊ clara ex lōgo ꝓcessu tpis apparens. ⁊ febris nō adsit calefactionē epatis significat. Sigt̄ etiā q̄rtanā notā. Et oīa ista discernunt̄ ꝑ ꝯditiones ꝯsideratas sicut on̄dit̄ in sequētib9. vn̄ qn̄ est simplex tertianā tūc vrina d3 esse magis tenuis. Sed in duplici d3 esse vrina magis rubea: ⁊ supius magis spissa: ⁊ q̄si accedēs ad subnigredinē. ¶ Hec mora idest q2 si tpe longo vel breui laborauerit infirmus: possumus discernere. s. q̄ttuor egritudines dictas: vtrū patiat̄ febres vel epatis calefactionē: vel q̄rtanā. Sit enim q2 in modico tpe laborauerit: vrina tali ꝑ lōgū tp̄s pseuerāte: tūc significat aut distēpantiā epatis ī caliditate: aut q̄rtanā febrē. Sed distinguit̄ sic q2 ex calefactione epatis vrina est superius obūbrata: cū q̄dā spuma crocea: viridi vel subnig̃. Sed ī febre q̄rtana ista deficiūt. ¶ Nubes. s. si vrina sit tenebrosa ⁊ nebulosa ī supiori pte: tūc duplex tertiana: vel epatis calefactio indicat̄. ¶ Tp̄s. s. tp̄s anni: q2 si sit estas: significat tertianā vl' calefactionē epatis. Si v̄o hiēps vel autūpn9 q̄rtanā. ¶ Stat9. s. ꝯplexio q2 in colerico corᵉ sigt̄ talis vrina

tertianā simplicem. in mēlico ꝛ flātico duplicē tertianā. ¶ Etas qꝛ si puer signat ꝯtinuā. si iuuenis tertianā simplicē. si senex duplicē. ¶ Passio vtrū de 3º in tertiū vel de 4º in qrtū q̄tū ad q̄rtanā. vel vtrū cū tipo vel sine tipo: qꝛ si cū tipo īterpollata significat. si sine tipo ꝯtinua. ¶ Forᵃ. hitudo corpis. s. si pinguis carnosus vel macer. ¶ Locꝰ. s. regio calida vel frigida: vel. ¶ Locus. s. vtrū in dextº ipocūdrio vel sinistro. ¶ Ut stabili. medicus qui sapient ꝛ s̄m v̄itatem vult iudicare: vt suū iudiciū firmū sit: ꝛ verꝝ: dꝫ singlr ꝯsiderare oēs istas ꝯditiones sicut dictū est. ¶ Cōmentū. ¶ Clara rubēs. In hͦ caº ꝓponunt regule de vrina rubea cū tenui substātia: ꝛ cū spissa: ꝛ cū mediocrit spissa: vel mediocrit tenui. Urina ḡ in colore rubea: in sba mediocrit tenui: supius obūbrata: ꝛ magis spissa q̄ inferius tertianā duplicē significat. Talis color fit ex intensione caloris: ꝛ ex rubeitate ipsius caloris: ꝛ talis sba fit ex siccitate. Hec ḡ debēt adesse acciᵃ vel sinthoᵃ. s. dolor capitis in dextra pte: vbi est dn̄iū colere: sitis: amaritudo oris: auriū tinnitus: Sed talis vrine significatio variat pp diuersitatē subiectoꝝ: sicut dictū est de vrina ruffa. In colerico nāq ꝛ in iuuene si talis vrina appareat significat tertianā simplicē. in flegmatico ꝛ mēlico sene ꝛ in muliere in nouitate cause talis occurrens tertianā simplicē significat. in puero continuā ex longo ꝓcessu tpis. Et circūscripta febre significat calefactionem epatis: talis etiā designat q̄rtanam notā. Et hec oīa apte distinguunt cirstantiis solū inspectis. ¶ Clara. idest tenuis. ¶ Rubēs. s. ī colore. ¶ Triteū duplicē. idest tertianā duplicē de mā̄ colerica in duplici loco putrefacta simplicē etiā significat ꝛ tūc dꝫ esse magis tenuis: qn̄ vnica ꝛ singularis mā̄ putrescit: sicut colera: vn̄ nō est tātus impetus ebulitionis. Eadē significat duplicē tertianā de duplici mā̄ collectā in duplici loco putrefactā: q̄ discritas accessiones: hꝫ quottidie q̄bus inuadit paciētes. Sed dicimus ī tertiū grauius si ꝯfusas hꝫ materias more tertiane simplicis affligit: sed grauissimū facit insultū: pp putrefactionem duplicis materiei: ꝛ eadē signa sunt in simplici: sed tūc dꝫ esse tenuis: qꝛ vna ꝛ singularis mā̄ putrefit: vn̄ nō est tātus īpetus ebulitionis. In duplici aūt: vrina magis dꝫ rubescere: ꝛ magis supius īspissari: ꝛ q̄si ad subnigredinē accedere. ¶ Mora tpis vt si lōgo tpe laborauerit egrotās: inde medicus ꝑpendere pōt: aut febrē aut epatis calefactionē: aut fe. 4. Nā si de nouo incipiat laborare: ꝛ talis appareat: de febre tertiana ꝓsumēdū est. Si enim longo tpe laborauerit: ꝛ ex lōgo tpe talis ꝑseuerauerit ꝓsumēdū ē de distēꝑātia epatꝭ aut de febre q̄rtana. Sed distingue: qꝛ ex distēꝑantia epatis dꝫ eē obūbrata in supficie: ꝛ spumosa cū q̄dā croceitate vel subnigredine: vł viriditate dꝫ ꝓfundi: qđ sig. est incēsionis. ī fe. aūt q̄rtana h̄ se abn̄tāt acciᵃ. ¶ Nubes idest nebulositas ꝛ tenebrositas in supficie quātū ad duplicē tertianā vel epatis calefactionē. ¶ Tps. idest āni ex quo morbꝰ pōt certificari: Nā si estas fuerit talis. significat t̄tianā vel epatis calefactionē. Si hieps vel auptūnus q̄rtanā. ¶ Status. quantū ad ꝯplōnē q̄ rei est sbalis: ꝛ q̄ stante subiecto euanescere nō pōt: in colerico nāq corpore talis potius si-

gnificat tertianā simplicem in melācolico ꝛ flegmatico duplicem. ¶ Etas: vt si sit puer vel iuuenis siue senex. ¶ Passio. .s. vtrū de tertio in tertiū vel de quarto in quartū. ꝛ vtrū cū tipo vel sine tipo paciat. ¶ Forma. Quantū ad habitudinem corporis. .s. vtrū sit macilentus paciēs vel pinguis vel carnosus. ¶ Locus. .s. vtrū i calida regione vel frigida: vel ad regionem corporis potest referri. .s. vtrū paciatur i dextro ipocundrio vel i sinistro. ¶ Sentētia. .s. diffinitiua. ¶ Stabili pede. idest imobili ꝛ certo iudicio. ¶ Hec omnia. idest hee omnes circunstantie: que dicte sunt o tu medice sunt discutiende.

De colore rubeo cū substantia mediocriter spissa.

Turbida spissa parum rubeo perfusa liquore.
Continui tritet noctio certa datur.
Si summum viror obtineat vel liuida nubis.
Portendit medium: pleureticūq; malum.
Spissa: rubens sinocū: si summum liuor obumbret.
Spissa rubens sinochā: dempto liuore figurat.
Causonidem: si plus tenuis q̄ spissa reuersa.
Sinochidem. causon subtilis ꝛ ignea monstrat.
Cercior est testis rubicundi forma coloris.

¶ Expositio. ¶ Turbida. Hic agitur de colore rubeo cum substantia spissa mediocriter copulato: ꝛ ponit plures regulas. Prima reᵃ. Urina rubea in colore in substantia mediocriter spissa: per totū turbulenta: cū impura ꝛ inequali substantia significat tertianā continuā ratio huius reddit in cōmento. ¶ Si tenui. Alia regula de colore cū substantia mediocriter spissa. Urina in colore rubea in substantia mediocriter spissa: in superiori parte viridis: significat mediū emittriteū: ꝛ si liuida sit in superficie significat pleuresim: ꝛ mediū emittriteū. Et est medius emittriteus ex colera putrefacta intra venas cōtinue bulliente: ꝛ ex flegmate putrefacto extra: i medio emittriteo viriditas non distinguitur in vrina sine manus appōe: sed i pleuresi bene distinguitur. Quid est pleuresis? est collectio facta in commissura costarꝫ: ꝛ diafragmatis: ꝛ fit sepius ex humoribus callidis ꝛ accutis. Et ideo dixit Ypo. accidū ructuantes ꝛc. ¶ Spissa rubens. In iᵃ pte agit auctor de colore rubeo. vel subrubeo cōmuniter cū substantia spissa vel mediocriter spissa: vel mediocriter tenui. Isti enim colores in quibusdam sunt vniformes in iudicio. Hec est reᵃ. Urina in colore rubea: vel subrubicunda: in substantia spissa: ꝛ turbulenta: liuida superius ꝛ in respiratione sit ferida: tūc significat sinochū. Sinochus habet fieri ex sanguine peccāte in qualitate. Rōes in cōmento reddunt. Spissa rubens sinochā. Alia regula vrina in colore rubea: vel subrubicunda: in substantia spissa: ꝛ turbulenta absq; liuiditate ꝛ fetore: significat sinochā. Est autem sinocha ex san-

guine peccante s̄m quantitatem. Et differentia inter sinochū ⁊ sinochā ha
beri pōt per quedā versiculum. ¶ Sinocha de multo: sed sinocus ex pu-
trefacto. Notandū est ꝙ sinocus tres habet species. s. febrem hōtenā aug
masticā ⁊ paugmasticā: vt scribitur a Gall'. z. de differentiis febriū. Et po-
nit sinochā pro sinocho: nō faciens vim de nomine. Et ideo notandū est q̄r
s̄m ꝙ diuersificant species sinochi: s̄m hoc fit diuersifica° in vrina: q̄r in hō
tena vrina apparet vniformis i colore: ⁊ in sua substātia: ⁊ a principio vsq̄
ad finem in sua malicia pseuerat. In paugmastica ipsa vrina apparet i pn
cipio ipsius febris rubea vel subrubicunda. Postea vrina procedit semp
remittendo: ⁊ de malo ad bonū s̄m ꝙ ipsa febris paugmastica ꝓcedit semp
meliorādo a principio vsq̄ ad finem. In augmastica s̄m ꝙ ipsa febris: pro-
cedit crescendo ⁊ augmentando: ita etiā ⁊ vrina. Et nota ꝙ hic traditur q̄-
dam regula generalis de vrina. Quotienscunq̄ vrina apparet rubicunda
vel subrubicunda in substantia spissa: si postmodū clarificetur in superiori
parte bonū signū est. ⁊ signū salutis: q̄ sit ratio huius habet in ꝯmento. Si
vero clarificet in pte inferiori: ⁊ attenuet: ⁊ superius inspisset: vel remancat
spissa malū est signū ⁊ mortis: ⁊ significat ꝙ materia rapit ad cerebrū. Et
in hoc fatui medici decipiunt credentes cōtrariū veritati. ¶ Causonide.
Alia regula de vrina significante causonidem. Quotienscunq̄ videbis
vrinā in colore rubeā vel rubicundā ⁊ in substantia sua magis appropin-
quat ad tenuitatē q̄ ad spissitudinem tunc causonem iudicabis. Causoni-
des est febris cōtinua ex duplici materia cōposita: principaliter cōposita ex
colera: secundario ex sanguine: ⁊ iō vrina est magis tenuis q̄ spissa. ¶ Re
uersa. Alia re^a: p contrariū istius ꝙ vrina rubea vel subrubicūda in colo
re ꝓpinquans magis ad spissitudinem q̄ ad tenuitatem significat sinochi-
dem. Et est sinochides febris cōtinua ex duplici materia cōposita principa
liter ex sanguine: secundario ex colera: que ꝓpter magis accedit ad spissitu
dinē q̄ ad tenuitatē. ¶ Causon subtilis. Alia re^a de vrina significāte cau
sonem. Urina rubicunda vel subrubicunda in colore. in substātia per totū
tenuis. lucens sicut ignis: significat causonem. Causon est febris continua
accutissima. Et habet fieri ex colera rubea putrefacta in venis ꝓpinquis
venis orificii stomaci: epatꝫ pulmonis ⁊ splenis. Et ideo dicit causon a cau
mate. ¶ Commentū. Turbida spissa ⁊c. Hic ponit regula de rubeo co-
lore cū mediocriter substantia spissa: quā sic collige. Urina in colore rubeo
cū in substantia mediocriter spissa per totū turbulenta cū in pura ⁊ ineq̄li
substantia continuā tertianā significat. Talis color rubeus fit ex colore co
lere rubee: q̄ ex sua bullitione ⁊ rubeitate sufficit ad clarificandū: ⁊ rubifi-
candū vrinā. Urina turbida est p totū ex pturbatione ⁊ bulitione facta in
vasis: ⁊ q̄r p ebullitionē fit ptiū inspissatio aliquarꝫ: cū etiā vasa illa sint am-
pliora: ⁊ pori ipsarꝫ largiores. spisse etiā ptes calide ⁊ subtiles cū vrina emi
ctunt: q̄r vrina pturbat: ⁊ est vrina impure ⁊ inequalis substantie. ¶ Tur
bida. idest turbulenta. ¶ Spissa parum. idest accedens ad spissitudi-
nem. ¶ Si summum. Alia regula ponitur de colore rubeo cum eadem

substantia: qꝛ si fuerit rubea cũ priori substantia: in superficie viridis: signi
ficat mediũ emittriteũ. Si aũt liuida fuerit in sup̄ficie significat pleuresim.
In medio nãq; emittriteo ꝓpter colerã intra vasa: continue ebulientem:
Et ex flãte extra: nimia fit ebulitio vł adustio. Emissa ergo colera cũ vrina
cũ sit adusta ⁊ leuigata: ad vrine superficiem tendit ⁊ eam reddit viridem.
Sed cũ sit pauca nõ distinguit᷑ viriditas nisi cũ manus appõe. Si autem
liueat sine manus appõe: vel ꝓtendat liuorem in sup̄ficiem distinctũ signi
ficat pleuresim: que dꝛ collectio facta in cõmissura costaꝝ ⁊ diafragmatis. ⁊
sepius de calidis ⁊ accutis humoribus est. vnde ipo. accidũ ructuantes nõ
valde pleuretici fiunt. Pro calore ergo. ⁊ accumine materiei: ⁊ qꝛ collectio
est in membris calidis: ⁊ valde sensibilibus: ⁊ qꝛ sunt in motu continuo ma
teria illa maxime ebulit ⁊ aduritur. Per ramũ ergo vene cõcaue: cõuersa
p̄ vrinales meatus in multa quãtitate admiscet᷑ vrine: ⁊ reddit eã viridẽ: q̄
qꝛ adusta est ⁊ leuigata: petit sup̄ficiem: ⁊ reddit eã viridem: ⁊ qꝛ multa est
materia adusta apparet viriditas sine manus appõe. vel etiã liuiditas vbi
non est tanta causa incensionis. ¶ Summũ. idest sup̄ficiẽ. ¶ Mediũ.
Idest emittriteũ. ¶ Pleureticũq; malũ. idest pleuresim cũ distincta
liuiditate vel viriditate. ¶ Spissa rubens. in hoc capitulo agit de co
lore rubeo ⁊ rubicundo vel subrubicundo cõmunit᷑ sub vno tiᵒ ꝯm coniu
gationem spisse substãtie: vel mediocriter spisse vel mediocrit᷑ tenuis. In
quibusdã enim sunt omnes isti colores vniformes in iudicio. In principio
ergo proponit᷑ reᵃ de rubeo vel rubicundo colore cũ spissa substantia: quã
sic potes colligere. Vrina rubea vel subrubicunda in colore. in substãtia
spissa ⁊ turbulenta: si fuerit liuida in superiori parte: ⁊ cũ fetoris respiratio
ne ⁊ quidã prauus odor a vase exalet sinocũ significat. Qꝛ talis est in colo
re ꝓuenit ex calore ⁊ colore ipsius sanguinis. Sanguis enim cũ sit cali
dus ⁊ rubens v̊gens ad impuritatem non sufficit ad depurãdũ vrinã. Qꝛ
est spissa hoc est ex humiditate sanguinis: cuius ꝓpriũ est inspissare. ꝙ est li
uida hoc fit ex admixtione putridi sanguinis. ꝙ est fetida fit ex corruptio
ne sanguinis eius. Sinocus est febris cõtinua ex sanguine putrefacto in
venis. Dicitur autem sinocus quasi cohabens. i. simul hñs omnes causas
ad continuitatem cõcurrentes: que sunt tres. Prima est cõtinua caloris
ebullicio: ⁊ putrefactio. Scða est cõtinua putride fumositatis ad cor respi
ratio. Tertia est impuritas sanguinis. Iste tres cause in nulla febre ita
specialiter sunt adinuicem sicut ĩ sinoco: ⁊ ideo ab illis denotat᷑. ¶ Spissa
rubens sinochã. Alia reᵃ. Vrina rubea vel subrubicunda in colore. ĩ sub
stantia spissa ⁊ turbulenta ⁊ sine liuiditate ⁊ fetore sinochã inflatiuã signifi
cat. Fit aũt sinocha ex sanguine abundante vel p̄ambulante ꝯm quãtitatẽ
⁊ nõ ꝯm qualitatẽ ⁊ est species febris effimere licet fiat ex humore. Qꝛ ru
bea vel rubicunda est: accidit ex qualitatibus sanguinis vt iam dictum est.
Qꝛ sit sine liuiditate ⁊ fetore fit qꝛ non est sanguis corruptus neq; putrefa
ctus: cuius admixtione debeat liuor vel feditas innasci. Et notandũ est ꝙ
cum sinochi sint species tres. s. paugmasticus. augmasticus ⁊ hõtenus: ꝯm

varietatem specierũ: variat dispositio vrine. In peraugmastico enim apparet rubicũda vel rubea ab ipso principio cum aliis signis: postea apparet rubea vel subrubicũda postea ab intensione ad remissionem: vt fiat immutatio in vrina de malo ad bonum vt sicut decrescit ⁊ declinat febris ab accuitate principii: sic ⁊ in vrina declinat intentio caloris. In augmastico vero cõtrarium accidit. In homoteno apparet vrina vniformis coloris: ⁊ in sua malicia perseuerat a principio vsqꝫ ad finem: prout febris vniformitas deposcit. In hoc autem capitulo hãc methodum ⁊ quasi generalem accipe traditionem. Quecunqꝫ vrina rubicunda vel rubicunda in substãtia spissa: si postea in superficie incipiat sincerari ⁊ quasi clarificari: ita illa turbulentia ⁊ ꝙ spissitudo incipiat residere: bonum signum est: ⁊ salutare. Per hoc enim ꝙ apparebat vrina per totũ spissa ⁊ modo incipit depurari superius: per hoc significatur ꝙ motus ebulitionis iam cessauit: que ebulitio prius vigens in corpore: humores ꝑturbabat ⁊ partes vrine ſm vniformẽ spissitudinem confundebat. Si autem superius in spissitudine perseuerat vel spissior appareat: vel turbulentior: inferius autem attenuetur. vel clarificetur mortale signum est. Significat autem raptum morbi ad superiora. Unde timendũ est de frenesi: aut litargia: aut mania: vnde ꝯtingit ꝙ artifex imperitus cum videat vrinã in principio spissam ⁊ postea inferius attenuari deludit indicans conualescentiã: cum potius morbus contra naturam conualescat. ¶ Sinochum: idest putridum. ¶ Sinocham. idest inflatiuã de puro sanguine ⁊ sincero sed sup accenso. Secundũ Constantinũ accidentia morbi sinochi sunt hec. s. dolor capitis infixus: ⁊ a profundo emergens: genaꝝ rubor. inflatio venaꝝ: ⁊ maxime circa spiritualia: ⁊ oris dulcedo. ¶ Causonidem. Alia datur regula de rubeo colore ⁊ rubicũdo cum mediocriter tenui substantia: ⁊ cum mediocriter spissa: quã sic collige. Urina in colore rubea vel rubicũda in substãtia: magis accedens ad tenuitatem q̄ ad spissitudinem causonidem significat. Et est causonides febris composita ꝯtinua ex duplici materia: ex diuersis generibus: ex colera. s. principaliter: ⁊ ex sanguine secũdario: vnde magis accedit ad tenuitatem q̄ ad spissitudinem. ¶ Reuersa: sinochem. Item alia regula per contrarium predicte est proposita. Urina nãqꝫ in colore rubea vel rubicunda magis accedẽs ad spissitudinem q̄ ad tenuitatem sinochidem significat idest febrem continuam compositã principaliter ex sanguine: secundario ex colera: vnde magis vicinatur spissitudini q̄ tenuitati. Sinthomata occurrant mixta: propter admixtionem sanguinis ⁊ colere: vt dominantis humoris accidentia dominantur: ⁊ ꝯtrarii forte intermissione continent. ¶ Causon subtilis. Alia regula. Urina rubea vel rubicunda in colore: in substãtia per totum tenuis lucens velud ignis causonem significat. Est autem causon. febris continua accutissima: vnde a cauᵉ dicitur: ⁊ fit ex multiplici colera rubea putrefacta in subtilissimis venis oris stomaci: epatis: pulmonis: ⁊ splenis. Talis color est ex calore ⁊ ebulitione ipsius materiei: q̄ putrescit in locis valde calidis. Est aũt

tenuis ꝛ valde lucens velut ignis: quia cum illa vasa nimis sint angusta non resudat ab eis nisi quod subtilius est ꝛ liquidius: quod cōmixtum vri ne eam reddit tenuem ꝛ igneam. Hec accidentia concomitant. s. vehemens dolor capitis: ita ꝙ pacienti videtur ꝙ fronti sue claui infigantur. Hoc igi tur accidit propter violentam fumositatem ꝛ coleram a materia resolutā: que petens cerebrum ꝛ eius precipue si vngues digitorum infecti sunt co lore liuido aut viridi: Si multa ꝛ feculenta significat rupturam apostema tis in aliquo membro nobili vt epate. vnde substantia membri dissoluitur. ꝛ per vrinam expellitur: vnde in proximo mors est ventura. Talis etiam vrina significat icteritiā ex colera prassina vel eruginosa. Et nota ꝙ tres sunt species icteritie vt habetur in commento. ¶ Spasmum. Ista ea- dem vrina in febre accuta apparens significat spasmum ex inanitione. ¶ Maiorem. Ista etiam vrina significat maiorem emittriteum ꝛ ita magnum periculum minatur. ¶ Deniq; mortem. Ista etiam vrina si- gnificat finaliter in vltimo malicie mortificationem: ꝛ caloris extinctio- nem naturalis. vltimo sequitur de nigro colore. Et quia superius in pri- mo capitulo determinatum est ideo hic non oportet reiterare. Et ista suf- ficiant de coloribus. Et sic terminata est prima pars principalis. ¶ Cō- mentum. ¶ Agriacam ꝛc. Post inops ꝛ kianos colores: fm ordi- nes conuenientie agitur de viridi colore. Viridis color in vrina signum est adustionis. Adustio vero triplici clauditur termino. scilicet primo me- dio ꝛ completo. In adustionis principio fit primo vrina kianos quadā su perius liuiditate ꝓfusa. in medio fit viridis: ꝛ indicat dominiū colere pras- sine: vel eruginose in complemento denigrat. vrina ergo in colore viridis quādoq; est multa: ꝛ quādoq; est pauca. viridis ꝛ pauca mortē habet signi ficare. Et maxime si color viridis vel liuidus vel niger vergens digitoꝝ infecerint: quādoq; est viridis ꝛ multū male olet ꝛ multa ꝛ feculenta ꝛ signi ficat rupturam apostematis in aliquo nobili membro: vt in epate. Unde substantia ipsius membri dissoluit: que dissoluta cum vrina emittit. Unde in ꝓximo mortem debes nunciare futurā. Talis etiā vrina in colore viri- dis icteritiā portendit ex colera prassina vel eruginosa: q̄ sui leuitate diffu sa ad supficiem corpis: cutem inficit ꝛ ictericiā inducit viridem. idest agria cam pegaseleontem ꝯficit que. s. a viridi mustela interpretat viridis. vrina inopos vel kianos appareat: sine febre tunc non minat tantū periculum: ꝛ tūc significat apostema in epate: vel in renibus: vel rupturā vene kilis. Si rupturā kilis vene: tunc dolor maximus sentit in. 7. spondili compu- tando ab inferiori parte: ꝛ tunc vrina in fundo magis appareat feculenta. Talis etiā vrina inopos vel kianos potest significare idropisim: si appa- reat spissior in media regione. Talis etiā vrina potest significare aposte mata epatis vel renū: vel pleuresim: vel piphcumonium ꝛ hoc per signa ꝓ pria distinguitur: ꝛ sufficienter traditur in commento. ¶ Aut fracto vase: Alia regula. Talis etiam vrina inopos vel kinos in mulieribus appa rens aut apparet cum febre aut sine febre. si sine fe. tūc sigt eruptionē men

struorum: et tunc non est suspecta talis vrina. Si vero cum febre: tunc sine dubio summũ periculum minatur: et maius. etiam q̃ in viris. ¶ Talem disponit. Alia regula etiam vrina quãdoq; apparet in sanis ratione sal tus: aut etiam ratione multi coitus: aut cursus et magni laboris et immode rati: et hoc scitur per indicia pacientum. ¶ Nec est degenerans. Dicit auctor hic q̃ vrina in colore kianos est eadem et vniformis iudicii et si gnificationis cum colore inopos sicut dictum est. ¶ Commentũ. ¶ Si color. Post tractatum rubei coloris et rubicundi continuat auctor ca pitulũ de inopos et kianos coloribus: sunt enim vniformis iudicii et eius dem considerationis. Est autem inopos color sicut vinum quod vergit ad nigredinem: vt est vinum quod venit ex calabria. kianos vero profun diorem habet nigredinem: et etiam multiplicem colorem quia vrina in par te rubicunda in parte nigra in parte liuida vel viridis apparet. Talis autem vrina inopos vel kianos in acutis febribus et peracutis pessima est: et mortis significatiua. Indicat enim sinthomata morbi ita vltimata q̃ vltra vltimari non possunt manente substantia. Unde si prius appareat rubicunda vel subrubicunda. et deinceps inopos vel kianos: talis proces sus proculdubio pessimum est et mortis signum. Solet igitur talis appa rere in mulieribus sine febre: ꝓpter menstruorum eruptionem et tunc ma gis spissa et pinguis et feculentior in fundo apparere consueuit. Unde hu iusmodi vrine magis suspecte sunt in viris q̃ in mulieribus: nisi talis in mulieribus: appareat pacientibus febres acutas: gratia ipsarum febrium. non ꝓpter eruptionem menstruoꝝ. Tunc enim presumitur summũ peri culũ: magis etiã quã in viris: q̃to sunt a natura remotiores. Item talis vrina apparet in ruptura kilis vene. Unde maximus dolor sentit in se ptima spondili facta cõputatione ab inferiori: tunc vrina in fundo feculen tior apparet. Est aũt in medico maximus honor cũ per talem vrinã in tali loco veraciter potest ꝓnosticari eruptionem predicte vene kilis. Et nota q̃ talis vrina quando spissior in media regione apparet tũc idropisim põt significare. Et tunc distingue: q2 si fuerit quasi sanguinea iposarcã signifi care põt. Si vero magis lucida vel liuida leucofantiam: nec tamen ex hoc signo precipitanda est sententia de idropisi: Temeraria nãq; et preceps di scursio artificem deuenustat: et ei ruborem incutit. Item talis vrina apo stema epatis aut pleuresim vel pipheumoniã vel apostema renũ signifi care habet vel indicare: Et distinguendũ est p alia accidentia: et est requi rendũ vtrũ paciat pũcturã in dextro latere vel in sinistro latere angustiã etiã anhelandi pondus et grauedinem circa renes significat. Apostema epatis ꝑm plures autores distinguitur a pleuresi. q̃tuor modis ꝑm Ale xandrum. Fit enim in dextro latere vnde necessaria est distinctio. Pri ma est ꝑm pulsum. Nam in epatis apostemate corpus est magis colora tum et colore multo magis permansiuo. Sed in apostemate spiritualium semper minus est coloratum: et presertim colore magis momentaneo. In epatis apostemate tussis est sicca: quia materia ipsius est subdiafragmate.

f ii

¶ Expositio. ¶ Nunc mea. Completo opere suo: ⁊ posita doctrina sua de vrina ⁊ vrine significationibus ⁊ eius contentis stilũ sui operis narrando more metrice scribentium musam suam inuocans: primo finem suo operi assignans ipsum sigillat ⁊ claudit. Secundo autenticat ⁊ approbat hũc libellum auctoritate aliorum proborum virorum: quorum sententiam imitatus est. Tertio reprobat ⁊ vituperat medicos de pessulano monte et eorum sequaces: propter eorum errores. secunda ibi. Claude musandini. tertia ibi discolus ⁊ mordax. Et hec tertia pars diuiditur in tres partes. primo redarguit illos medicos. scdo reconciliatur cum magistris montis pessulani ne maledicat de ea. tertio vilipendit vulgares ⁊ idiotas ⁊ ignorã tes vel scolares garrulos ibi. secunda ne probis ibi. tertia lenoni populo. ¶ Nunc mea. litteralis expositio. mea musa .i. doctrina. ¶ Respira. Idest finem imponas. ¶ Completo labore. i. finito libro. ¶ Stringe rotam. idest siste mobile ingeniũ Egidii qui est capax omniũ sicut figura circularis rote. ¶ Cursum cohibe. idest finias studiũ: i quo nulla est quies sicut in cursu. ¶ Compesce fluenta. idest canones ⁊ regulas traditas in hoc libro. Nota q merito assimilat scientiã flumini: qr sicut flumẽ cõtinue labitur ⁊ mutat: ita scientia a doctoribus tradita in suis opinionibus cõtinue seu quottidie diuersificat ⁊ innouat. ¶ Claude vndas torrentis fluminis musandini. idest inundationes documentoꝝ illius viri qui dictus est petrus musandinus: quem imitatus est egidius. ¶ Nõ plata vltra gazas salerni equiuoci. idest tu musa nõ extensa vltra thesauꝝ scientie ꝓbi medici de salerno: qui vir dicebat magister salernus. vnde salernus equiuoce dicitur de viro isto ⁊ de ciuitate in q̃ erat iste vir. ¶ Sparge nec vrsonis apices nec dogmata mauri. idest nõ excedas terminos scie magistri vrsonis ⁊ magistri mauri q etiã de vrinis tractauere. ¶ Sobria. idest tu doctrina

mea. ¶ Claude larē. idest finē impone. ¶ Metuēs liuoris ocellū. idest paruū oculū: q̃ de consuetudine inuidentiū alteri est subclaudere ⁊ purifi-care oculū: quo intuent̄ bona alioꝝ: vt fingant q̄si se nō videre talia bona. ¶ Liuoris. idest inuidie illoꝝ de monte pessulano. ¶ Contraria secta. Idest inuidoꝝ de monte pessulano qui egidio inuidebāt de tā p̄claro ope. ¶ Duellū. idest bellū. ¶ Mons pessulanicus errans. idest supbia me-dicoꝝ errantiū de monte pessulano. ¶ Discolus. idest diuersaꝝ ⁊ falsarū opinionū. ¶ Mordax. stimulans. ¶ Vehemens. potens ad maledi-cendū. ¶ Clamosus. idest sophista clamator. ¶ Inanis. idest vacuus scientia. ¶ Inflat ⁊ infatuat. supbire facit medicū ⁊ enunciare v̄ba parū pfecta. ¶ Quē. .s. medicū. ¶ Pascit sterili lolio. idest inutili ⁊ mala do-ctrina q̄ lolio assimilari pōt: q̄ȝ alias segettes detur pat: ⁊ comedentibus mul-ta inducit nocumenta. ¶ Ne laceret. idest medicus pessulanicus. ¶ Fon tem scie tue. o mea musa. ¶ Probris. idest maledictis vel probis idest medicis de salerno qui pbi ⁊ boni medici sunt. ¶ Formicꝫ nitorem. idest splēdorē tue pulchritudīs. ¶ Maculis. idest maledictis vereor. timeo. ¶ Clara basia fiāt. .s. cum sapientibus magistris ⁊ doctoribꝰ: vel figat. i. medicus pessulanus. ¶ Nec reueles. idest nec oñdas. ¶ Faciem. idest librū. ¶ Nec casta fimbria monstret. idest tua secreta ⁊ pudibunda q̄ sub vestibus ⁊ fimbria velant nō monstrent. ¶ Lenoni populo. idest repor-tatori maloꝝ verboꝝ. ¶ Quā. s. fimbriā. i. secreta tua pudenda. ¶ Non est dignus tāgere. .s. populus leno ⁊ inuidus propter suā grossiciem.

Sequitur de modo iudicandi vrinas.

Ste est modus iudicādi vrinas: vnde sic est pcedendū. p̄ᵒ de co-
i lore. 2ᵒ de substātia. 3ᵒ de ꝯtentis. Est ḡ hic modus talis: q̃ p̄ᵒ sci-
re debes cuius est vrina. s. viri vel mulieris. Itē vtrū iuuenis vl̄
senex: seu cuiuscūq̃ etatis. Itē si est diu ꝙ patit̄ vel nō h̄ est si egritudo de nouo orta sit vel antiq̄. Deinde sequit̄ iudiciū p hunc modū. Vrina ista co lorata est: colore nimiū citrino. ⁊ ideo attestat̄ colere rubee. Turbata est et obumbrata ex materia putrefacta ex̄ vasa: ⁊ ideo triteo simplici vel dupli-ci laborat ex colera putrefacta ex̄ vasa: ille vel illa: cuius est hec vrina. Et h̄ dico quantū est de colore ⁊ sb̄a. Circulus est grossus ⁊ niger: ⁊ significat do lorē capitis in illo vel in illa cuius est vrina. Item sunt grana in circulo: ⁊ ostendunt reumatismū. vn̄ debet cōqueri de dolore capitis ex reumate ille vel illa. Sunt ibi alia grana q̄ distant lincalit̄ sub circulo ⁊ tarde redeūt ad circulū: ⁊ oñdunt fluxū humoꝝ a capite ad pectus descendentiū in illo vel ī illa cuius est vrina. vn̄ debet ꝯqueri de dolore pectoris ⁊ grauedine: ⁊ p cō passionē de dolore stomaci ille vel illa cuius est vrina. Itē est ibi nubes cū granis: ⁊ oñdunt siccitatē pectoris in illo vel ī illa ⁊c. Itē surfurce resolu-tiones ⁊ squamose vt petaloides ⁊ crinoides q̄ sūt sicut quarta ps grani p totū corpꝰ vrine: ⁊ oñdūt vl̄cam dissolutionē illiꝰ cuius est vrina. Itē est ibi

quoddā ꝯtentum athomosum nigrū: ⁊ significat dolorem sub aliquo ipocundrio. s. dextro vel sinistro: vnde debet ꝯqueri de dolore ipocundrioꝝ. Item est ibi quoddā cōtentum spermaticū ⁊ trūbosum qđ habet pilū eleuatū: ⁊ significat dolorem iuncturaꝝ illius cuius est vrina. Et non sunt alie resolutiones nec alia ꝯtenta: nisi ista que dicta sunt: nisi quadā que sunt in fundo sub forma cineris: quoꝝ quedā vergunt in flauedinem: ⁊ quedā in nigredinem: ⁊ habent adherentiā manifestā: ⁊ ostendūt in mulieribus retentionem menstruᷓꝝ: vnde debet ꝯqueri de retentione mēstruoꝝ illa ⁊c. Hec eadem ostendūt in viris opillationem viaꝝ epatis ⁊ splenis vnde debet ꝯqueri de dolore splenis ⁊ epatis. Item sunt alia contenta que sunt nigra opillatiua que quādoqꝫ apparēt cum quibusdā resolutionibus squamosis in fundo vrine ⁊ ostendunt multā repletionem intestinoꝝ cum ꝯstipatione ventris illius cuius est vrina. Et qꝛ sapienti pauca sufficiunt ideo hec ad presens sufficiant: qꝛ idem modus ⁊ idem cursus seruatur in oībus aliis contentis in quibuscūqꝫ vrinis appareant.

De contentis vrinarum colore ⁊ substantia.

¶ Color ⁊ substātia vrine supra morbū significat. Cōtentū significat in quo membro materia morbi ꝯtineť. Item ꝯtentū spermaticū longum in forma pili in radice trumbosum idest grossum attestari habet supra dolorem membroꝝ iuncturaliū idest artheticā significat. Itē ꝯtentum in fundo vrinalis grossum albū ⁊ trūbosum ⁊ q̄si massa carnosa significat dissolutionem a renibus: siue descensionem: ⁊ diciť incurabilis egritudo renū. s. i substantia renū qꝛ vrina transiens per renes cū sit mordicatiua vel incensiua magis dissoluit q̄ꝫ possit ꝯsolidare medicamina vnde incurabilis est. Item nebula in sup̄ficie apparens significat dolorem spiritualium: vnde significať ꝙ magnus dolor est in pulmone vel corde vel diafragmate. Itē grana sub circulo significant repletionem stomaci. Item in fundo grana residentia ⁊ nigra significant repletionem stomaci. Item in fundo grana residentia ⁊ nigra significant repletionem intestinoꝝ: ⁊ ꝙ feces sunt putrefacte ĩ itestinis. Item squamosa nigra cū ꝯtentis nigris significant constipationem. Item squamose resolutiones ⁊ pingues significant supra ethicam secūde speciei. Circulus grossus ⁊ aquosus ⁊ granulosus apparens cū vrina discolorata scotomiam vel vertiginem cerebri ostendit. Viridis color apparens cum vrina significante febrem ꝯtinuā frenesim ostendit. Item omnis ampulla grossa ⁊ viscosa valde late apparens cum vrina remissa: dolorem renū ostendit. Cum vrina vero intensa ⁊ pauca cruditatē vrine ostendit. Item omne granū in circulo cū spuma intercisa reumatismū ostendit. Stans vero linealiter sub circulo fluxum humoꝝ ad pectus vel ipocundria ostendit. Si ex obliquo sub medio circuli fuerit putrefactionem humoꝝ in stomacho ostendit. Sed si cū nubea aerea fuerit: calorem pectoris designat. Spuma apparēs in circulo cū vrina tincta ⁊ ꝯfusa

excessum caloris innaturalis in mediis membris cū putrefactione humoꝝ
ostendit. Si viscosa ⁊ ampullosa fuerit longitudinem egritudinis signifi-
cat. Si crocei coloris fuerit calefactionem epatis significat. Si residet in
fundo cū spermaticis resolutionibus trumbosis vlceratione͂ vesice signifi-
cat. Item omnis pinguedo apparens in toto corpore vrine ꝑncipiū ethi-
ce significat. Residens vero in fundo vrine liquefactione͂ renū significat.
Item humor residens in fundo cū cōtentis cinerosis spermaticis grauedi
nem intestinoꝝ ostendit. Apparens sursum cū granulis offensam pectoris
ostendit. Item si sanguis apparet in toto corpore vrine vene rupturā in
epate ostendit. Si paucus cū aliqua pinguedine in renibus ostendit ru-
pturā. Sed si paucus ⁊ trumbosus cū spermaticis resolutionibus trūbo-
sis rupturā vene in vesica ostendit. Si arenosus cinerosus residens i fun
do nefresim ostendit. Si cū substantia oleagina ethicā ostendit. Si vͦo fue-
rit cū vrina radiosa mundificationem splenis ⁊ epatis ostendit. Si vero cū
vrina liuente per totū habente spumā ampullosam ⁊ albā leucofantiā ostē-
dit. Si cū vrina significante febrem dissolutione͂ corporis ostendit. Si vͦo
appareat cū vrina concussa habente circulū granulosum sciaticā ostendit.
Si vero appareat cū vrina significante flegma salsum scabie͂ ostendit. Ite͂
pilus apparens in toto corpore vrine: si vrina sit remissa macredine͂ totius
corporis ostendit. Si vero apparet in regione cōtinuata ipsi circulo stri-
cturā pectoris significat. Item longus pilus residens in fundo grauedine͂
renū ostendit. Ite͂ si furfur resideat in fundo cū squamis latis scabie͂. vesice
ostendit. Si in toto corꝑe vrine significantis febre͂: grauedine͂ ad motū si-
gnificat. Si cū vrina oleagina ⁊ liuente secundā specie͂ ethice oñdit. Si sa-
nies ⁊ ampla ⁊ lata resideat in fundo scabie͂ vesice oñdit. Si vero fuerint
parue resolutiones admixte notis spermaticis sepatis cōstipatione͂ vētris
ostendit. Si vero in toto corꝑe vrine significantis febre͂ pigritiā ad motū
ostendit. Si cū vrina aliquantulū oleagina: primā specie͂ ethice oñdit. Ite͂
si athomi albi resident in fundo ⁊ cū vrina radiosa aut diaphana leprā oñ-
dit. Si cū vrina granulosa artethicā significat. Si niger fuerit athomus
apparens in medio corporis vrine apostematione͂ membri oñdit. Item si
contentū spermaticū coagulatū in modū bombicis resideat in fundo: mu-
lierem cōcepisse significat. Ite͂ si pila fuerint lata: ⁊ in modū lane ⁊ cū circu-
lo granuloso paralepsim ostendit. Item si fuerit rotundū in radice cū quo
dam pilo sibi admixto artethicā ostendit. Ite͂ si contentū spermaticū fuerit
cū quadā nigredine stranguriā significat. Ite͂ si fuerint plura ⁊ lactea in to
to corpore vrine pollutionem aut coitū precessisse significat. Ite͂ si conten
ta cinerosa apparent in vrina sepata vergentia ad albedinem quadā a ni-
gredine: intestinoꝝ repletione͂ ostendit. Ite͂ si ex toto nigra fuerit ⁊ grossa
⁊ separata retentione͂ emoroidaꝝ ostendit. Si ex toto nigra habentia ad-
herentiā retentione͂ menstruoꝝ ostendit. Si vero cū vrina grossa confusa
precipitationem matricis ostendit. Item si q̄dā alba quedā nigra habētia
adherentiā cum vrina radiosa: opillatione͂ splenis ⁊ epatis ostendit. Item
l

ypostasis residens in fundo cum omnibus suis differentiis completam digestionem significat.

Docet unde causantur colores.

q Ueritur de sufficientia colorum. dicendum est quod colores causantur ab humoribus. Sed omnis humor aut est simplex aut compositus: ergo causatur color aut ex simplici aut ex composito. Si ex simplici: sic habemus ex unoquoque humore unum colorem. Unde a sanguine colorem rubeum obfuscū. A colera colorem nimiū citrinum. A melā colia glaucū. A flegmate album. Item possunt humores cōmisceri: et quorundam humorum commixtio est possibilis: et quorundā impossibilis. Possibilis est ut sanguinis et colere. Sanguinis et flegmatis. Flegmatis et melācolic. Melancolie et colere. Impossibilis commixtio est: ut flegmatis et colere: tamen admiscentur cū sunt in locis vicinis: sicut flegma in ore stomaci et colera i fundo. Est etiam impossibilis commixtio sanguinis et mlie. Si autem flegma admisceatur cū melancolia: aut illa commixtio erit equalis aut inequalis. Si equalis erit color karopos. Si inequalis. et flegma erit superabundans: erit color lacteus. Si mlia. erit color glaucus. Item si fiat commixtio colere et flegmatis. Aut erit equalis aut inequalis. Si equalis: erit color citrinus. Si ineqlis et flegma supabūdat: erit color pallidus et sub pallidus. Si colera supabundat erit color subcitrinus. Si aūt obiiciat quod qn̄ colera supabundat debet esse intensior quam qn̄ cōmixtio est equalis. Rn̄dendū est quod nō dicitur color citrinus ex illa equali cōmixtione: sed ratione tempantie: quoniam caliditatem et siccitatē colere temperat flegma: et color citrinus est temperantior omnibus coloribus. Et propter hoc de tali commixtione est color citrinus non ratione intensionis et remissionis: sed ratione temperātie. Si fiat commixtio colere et sanguinis. Aut erit equalis aut inequalis. Si fit equalis: erit color ruffus. Si inequalis et colera supabundat: erit color subruffus. Si sanguis superabundat erit color rubeus. Itē potest fieri commixtio colere aduste et sanguinis adusti. Et illa commixtio Aut erit equalis aut inequalis. Si equalis: erit color inopos. Si inequalis et sanguis superabundauerit: tunc erit color rubicundus. Sed si colera superabundat sic erit color subrubicundus. Item color chianos ex cōmixtione omnium humorum corruptorum generatur. Color autem viridis et liuidis causantur ex albo et nigro. Si niger vincat album erit color viridis. Si albus vincat nigrū erit color liuidus. Et hec est sufficientia omniū calorum. Sed si queratur quare nō fit color ex aliis humoribus qui possunt commisceri dicendū est quod non conueniunt nisi in qualitatibus passiuis et color causatur tātummodo ab actiuis. Et sic est finis ad laudem omnipotentis dei et sue genitricis omniūque celicolarum. Amen.

❡ Venantius mutius de camerino. Alexandro de bartholaciis de monte vlmi. ſalutem plurimã dicit. Suſcepi nuper amicoꝝ optime Alexander ac patrie tue honor ⁊ decus communi iuuenũ medicine ſtudentũ vtilitate ductus opuſcula duo corrigenda pulcherrima quidem maximeqꝫ cognitu neceſſaria: quoꝝ alterum de pulſibus: alteꝝ de vrinis inſcriptũ eſt. Hanc emendationẽ meã cum alicuius docti peritiqꝫ iudicio ſubiicere vellem: tu mihi occurriſti hac dignus cenſura. Noui enim iampridem ingenii tui acumen: atqꝫ ſummam cum in aliis rebus omnibus: tum in hac medendi arte diligentiam atqꝫ peritiam. Huc accedit noſter amor ac mutua beniuolentia. qua effectum eſt vt tuum potius ꝙ̃ alicuius alterius examen ſubirem. Probe nãqꝫ ſcio te (. vt verum amicum decet.) ab omni ſimulatione atqꝫ adulatione alienum eſſe: ac precipue in hac re: que ſi recte perfecta fuerit: nõ dubito quin ⁊ vtilima ⁊ gratiſſima ſtudioſis iuuenibus ſit futura. Quare perlege queſo hec duo opuſcula atqꝫ caſtigationes meas diligenter perpende. nec non vt tibi videbitur: corrige: quo audactius ea impreſſoribus tranſcribenda tradere poſſimus. Vale.

q

Vattuor ſunt membra principalia: quibus humani corporis machina firmis baſibus ⁊ fundamentis roborata conſiſtit. ſ. cerebrum. cor. epar ⁊ teſticuli. Dicuntur autem principalia non ꝙ ad cuiuſqꝫ hoꝝ interemptionem ſequatur interemptio. ⁊ deſtructio animalis. Ablatis enim teſticulis ab humano corpore: quãuis deformetur corpus: ⁊ in femineam degeneret naturam: non ideo interimitur: nec ſtatim ſubſtantie denegat. Sed ideo principalia dicũtur: q2 toti corpori dominant ⁊ principant: ſm diſpoſitionẽ ⁊ ſm moderationẽ virtutũ. Scdm diſpoſitionẽ principant: q2 ſi in vnũ concurrant craſes principioꝝ pfecte: ſm eas totũ corpus diſponetur. Scdm virtutũ moderationem: q2 in cerebro pncipat virtus motiua ⁊ ſenſibilis: ⁊ principaliter in corde fundat virtus vegetatiua ⁊ ſpiritualis. In epate principat ſiue dominat virtus augmentatiua ⁊ nutribilis: in teſticulis luxuriat ⁊ iocundatur propagatiua ⁊ generabilis. Haꝝ quattuor virtutum cõmunior ⁊ vtilior ⁊ latius patens ceteris eſt nutribilis ⁊ natura prior. Nã ante anime infuſionem ſuos motus in corpore experitur. Cum enim corpus humanum ſit fluxibile ⁊ tributarium diſſolutionis: neceſſario deficeret: niſi virtus nutribilis deperdita reſtauraret: ⁊ toto tempore vnionis anime ad corpus operatur ⁊ vniuerſam exiſtentiam committatur. Unde iugis ⁊ inſepabilis comes ⁊ ſocia nature: ⁊ magis itrinſeca ⁊ fidelis ẽ. Uñ cum virtus nutribilis non poſſit operari ſine fundamento cui innitur. Et epar ſit eius principale ſubiectum vel fundamentum conuenit epar prius eſſe formatum ceteris membris. Et corporis edificium ab epate tanquam a fundamento primario conſurgit. ideo epar prima radix corporis iudicatur. Virtus vegetabilis et ſi ſit dignior quia corpus ad altiorem

tentio auctoris est in hoc opere doctrinam tradere de pulsibus compendiose ostendendo immutationem pulsuum ⁊ causas immutationum ⁊ genera ⁊ differentias. Causa intentionis est communis omnium. s. vtilitas ⁊ latinitatis indigentia de doctrina pulsuum. Utilitas est presentium humani corporis dispositionum cognitio: ⁊ futurarum precognitio: ⁊ preteritarum rememoratio: ⁊ hoc tam in sanis ꝙ in egris ⁊ in neutris. Liber iste pro maiori parte pertinet ad philosophiam ⁊ mediante philosophia ad naturalem scientiam. s. ad physicam. Modus agendi est diffinitiuus ⁊ diuisiuus. Diffinitiuus: quia omnia genera pulsuum diffinit ⁊ significationes differentiarum determinat: ꝙ ad diffinitiuam pertinet doctrinam. Diuisiuus: quia omnia genera pulsuum in diuersa partitur ⁊ cause immutationum in diuersas species trina sectione distribuitur. Diuiditur ergo in tres portiones liber iste. in prima agit generaliter de decē generibus pulsuum diffiniendo ⁊ de quinq; considerationibus ꝭm quas differentie pulsus discernuntur. Secundo de speciebus generum ⁊ de circunstantiis ⁊ causis ex quibus pulsus nominatur. Tertio asserit principaliter de significationibus pulsuum. vnaqueq; tamen partitio suum habet ordinem tractandi sibi specialem ⁊ proprium: quod ex littera erit manifestum. Titulum erubesco exponere: quia: Pascitur in viuis liuor post fata quiescit: Cum suus ex merito quēq; tuetur honor. Sed ne huius libri auctoritas in laudem detractoris infanda tituli mutatione conuertatur: ne alius grana que non seminauit colligere presumat. demisso vultu ⁊ verenda fronte titulum supponimus: vt detractor falsigraffus nostram monetam ingenii ⁊ laboris: alia imagine ⁊ adulterina: effigiare non possit. Tunc ergo sit titulus talis.

FINIS.

¶ Incipit liber magistri Egidii de pulsibus metrice compositus.

Ingenii vires modicis conatibus impar.
Materies onerosa premit perplexa figuris.
Ardua difficilis nodosa impervia paruis:
Ardua mollimur nulli tentata priorum.
Qui tanti prerupta maris transire volentes.
Non freti ratis officio vel remigis vsu.
Sed pedibus metricis ꝛ sicco calce vadamus.
Artificis tractum fidis in concina recusat.
Verbaqꝫ iunctura non articulata decenti.
Nexibus arctari metrice compaginis horrent.
Quanto res grauior quanto minus apta resolui.
Ad veniam tanto procliuior esse meretur.
Ipsa rei grauitas siquid peccauerit auctor.
Offensam culpe leuat absoluitqꝫ reatum.

¶ Incipit commentum magistri Gentilis de Fulgineo super tractatu pulsuum magistri Egidii.

Ingenii vires. Auctor more recte scribentis operi suo prescribit proemium in quo leges: ꝛ debita proemii decenter exoluit. Captat enim beniuolentiam auditorum cum ostendat vix oratione metrica tractari posse. Tractatus vtilis est valde ad doctrinam. ¶ Materies. Attentionem excitat vbi arduitatem materie ꝓlixitatēqꝫ insinuat. In vtroqꝫ vero docilitatem venatur quod ex littera perpendimus. ¶ Materia est de pulsuum diuersitate. ¶ Onerosa. idest grauis ꝛ difficultatis molle comprimens ingenium tractandi. ¶ Premit. Vires ingenii humiles ꝛ debiles respectu difficultatis. ¶ Perplexa. idest intricata ꝛ inuoluta ad naturam reducit. ¶ Figuris. idest variis ꝯiis dictis in mutationibus ꝛ significationibus pulsuū quibus ipsa materia figurat. ¶ Ardua difficilis. Hec oīa inculcāt difficultatem operis: ꝛ hic excitat attentionem. ¶ Nulli tentata. idest nulli precessoꝝ nostroꝝ ausi sunt aggredi tanti ꝓlixitatem opis: ꝛ arduitatem pedibus metricis innodare ¶ Qui tāti ꝓrupta. idest materie ꝓfunditatem que mari cōparat propter ꝯfusionem. Non freti ratis. idest ꝓsaice orōnis. Prosaica orō assimulat rati ꝛ metrica pedū vadationi. Materia pulsus est ꝓfunda ꝛ cōparat mari ꝑ quādā methaphorā. sicut enim nauta in mari in naui firmissima existens ꝓfundū maris securius penetrat ꝙ̄ si pedes ire ꝓsumeret. Sic aīus mare tractātis tā ꝯfuse materie remigio ꝓsaice orōnis melius ꝛ securius ptrasit ꝙ̄ si inde pedibus metrice orōnis eandem materiā aggrederetur transmeare. ¶ Fidis inconcinia. Alia methaphora per quā difficultas operis datur vel ostenditur.

tracta est a cithara ⁊ fidicula. que si cordas habeat dissonas ⁊ incontinuas: nec plectro artificis bene preparatas siue temperatas: ad tactum nullam reddit consonantiã. Sic etiã hec materia tantã habet verboꝝ inconsonantiã ⁊ incõtinuitatem ꝙ ex eis metrice orationis resultare sonoritas vix poterit. ¶ Quanto res grauior. Per hoc petit veniam si aliquid peccauerit in tractando excusans se a difficultate materie.

De ↄplẽone cordis ⁊ forma ⁊ cõpositione ⁊ de officio eiusdem.

Cor vite sedes vitalis fida caloris.
Mansio: nature basis vnica sol microcosmi.
Viuifici thalamus: tronus ⁊ penetrale vigoris.
In quo fonticulus scaturit qui fomite puro.
Membra regit vegitat auget disponit adurit.
Hinc stabiles numeros ⁊ physica vincla requiras.
Ex quibus humane constant fundamina vite.
Ex sementinis hanc incolit insita causis.
Et sibi germanam reddit vis ignea sedem.
Vnde datur membro species cognata calori.
In conum consurgit apex: terrestria fundant.
Edificantq; basim sursum leuiora feruntur.

¶ Cor vite. Finito proemio aggreditur propositũ principale vt tractet de materia pulsuũ sed anteq̃ aggrediat̃ suã materiã ⁊ pulsuum distinctionem q̃dã preambula p̃mittit ⁊ antecessoria ad principale: quibus lector ad intelligentiam sequentiũ promptior expeditioni accedat. Primo itaq; differit de complexione cordis ⁊ de forma ⁊ compositione ⁊ officio eius qḋ a complexione ⁊ forma trabit originẽ. Et nota ꝙ supremus artifex disposuit ꝓuide cuncta. ⁊ cor quasi queadmodũ solem in medio microcosmi locauit ipsumq; valde calidũ ignitũ rotundũ concauũ ⁊ cõuexũ stabiliuit faciendum q: est fundamentũ calidi naturalis ⁊ vitalis: spiritus domiciliũ: cuius beneficio totũ corpus calefit ⁊ vegetatur. Omne enim calidũ teste Philastrato velociter mobile de natura. Cor enim necessario oportuit mobilitati acquiescere vt per eius motũ vitalis spiritus infunderetur in membris cuius infusio vniuersum corpus habet vegetare ⁊ viuificare. rotundũ est sed tamen nõ expresse sed ꝑmanet in modũ coni dispositũ: q: rotũda forma amica est ⁊ consentanea motionis. Sentit nãq; Phs: ꝙ omne rotundũ de natura sui est mobile vel volubile. Item forma rotunda ꝑfectior est ⁊ incorruptibilitati magis vicinatur ꝓpter carentiã anguloꝝ. Dicit. n. Constantinus in libro oculoꝝ: ꝙ forma rotunda in lateribus est elisa circũquaq; decliuis non habens angulos in quibus contineat̃ superfluitas prestitura lesionem que si haberet angulos in quibus macula sup̄fluitatis adheret: cor esset trigonũ vel alterius forme: ⁊ in angulis rubigo adherens cãm disso-

lutionis prestaret. cor est conuexum ꝛ concauū: vt intra sue concauitatis cellulas sanguinem cū spiritu naturali sibi ab epate missum acciperet ꝛ vitalem spiritū in se liberius contineret: ꝛ vt etiā aerem a pulmone spiratum promptius attraheret ꝛ ad temperandū calidū innate estuationis. nam si esset intus solidū ꝛ expers conuexitatis mediarū partiū interpositione impediretur constrictio ex qua consurgit dilatatio. Interdicta vero dilatatione ꝛ constrictione nulla vitalis spiritus per arterias exsufflatio fieret: ꝛ ita a naturali officio intra cor necessario deficeret. ¶ Cor vite. idest sedes vniuersalis viuificationis domicilium. ¶ Fida mansio. idest fidelis habitatio. ¶ Vitalis caloris. idest spiritus a quo omnia membra calefiunt. ¶ Basis vnica. idest fundamentū. sicut enim fundamentum est id quo edificium innititur: ita tota microcosmi machina corde tanq̄ firma basi ꝛ precipua roboratur. ¶ Vnica. nō sola sed principalis. Sunt equidem alie bases microcosmi: sed hec est precellentior vt a principio. i. proemio docuimus vbi quattuor principaliū membrorū multa discussimus. ¶ Sol microcosmi. Sicut enim in maiori mundo qui dicitur macrocosmus solis beneficio omnia irradiantur illustrant calefiunt ꝛ confortantur: ꝛ augmentanda augmentantur: terre nascentia ad conceptionem ꝛ partū vocantur. quādo vero absentatur a nobis ad oppositā regionem: ꝛ ad antarticū delegatur cardinem: ꝛ quādo nubes sua oppositione nobis suū furant aspectum: inferiora suo fraudantur beneficio ꝛ aer tristis ꝛ caliginosus damnat ob absentiā caliditatis. Simili modo a sole nostri corporis: idest cordis oīa membra calefiunt vegetantur ad nutrimentū ꝛ ad reparationem deperditarum partiū inuitantur. Et si nubes fumositatis ipsum obtenebraret: vel alia causa repentina inmutaret: ad eclipsim ꝓperat corpus humanū: ꝛ luce vegetationis priuat. ¶ Viuifici thalamus. In thalamo luxuriant ꝛ iocundant homines: lasciuiunt ꝛ recreant tristes ꝛ inopportunos ꝛ supstitiosos absentant. Similiter in thalamo cordis in q̄ celebrant animo nuptie et nature viuificis spiritibus mediis tanq̄ seruis ꝛ vernaculis ministratibus nature anime mr̄imonio gaudens ex oblectamento tpantie hilarescit ꝛ confortat nubere: melancoliā ꝛ rancorem eliminat. ꝛ sanguine puro ꝛ sincero sue recreationis adipem sortit. Ideoq̄ iure cor thalamus vitalis spiritus ꝛ vigoris dicitur. ¶ Tronus. q2 sicut in trono principant reges: sic ī corde regnat ꝛ suū imperiū tenet calor naturalis. ¶ Penetrale. Secretior pars domus est. ꝛ cor est corporis humani pars secretior ad quā tanq̄ ad magis clausam aliis partibus extinctis vis mortificationis tardius erumpit vnde mors describit extinctio caloris naturalis in corde. sic enim non pōt vita debellari: nisi eius turris principalis obseruetur. Cetera mēbra quasi mapalia ꝛ appendentia castro: quibus abruptis principatus vite nō derogat. ¶ In quo. .s. corde. ¶ Scaturit. idest ebullit ꝛ estuat. Riuorum ꝛ aquarū est de terra scaturire: que de terra extra impetuose saliunt ꝛ erumpunt. Aqua nāq̄ feculenta limi viscositatis ligata nō scaturit. Calor quidem in corde scaturit ad similitudinem aque salientis. Ecce q2 fonticu-

lus.i.vitalis spiritus cum sanguine mūdo defecato: fons iugiter manans: saliens in corporis vitam: nec arescere potest nisi cum violentia siccauerit mortis: qui.s.fonticulus membra regit tāq̄ presens ⁊ patronus corporis ⁊ cor ea substentat. ¶ Vegetat. idest viuificat sua infusione vel natura mediante per membra. ¶ Auget. quia vigore vitalis spiritus ⁊ animalis naturali mediante corpus nutritur ⁊ augetur. Cum enim mortificatū est corpus: ⁊ a vitali spiritu destitutū non nutritur. Qualiter vero in anime infusione nutriatur corpus: ⁊ ante infusionem spiritus vitalis ⁊ animalis montipedensibus soluendū relinquamus: vt inde modicū exerceantur. ¶ Disponit. idest totum corpus sue complexioni assimulat ⁊ confortat: vt totum totaliter acceptū. nā ossa nō possunt primo mutari a sua crasi: cū sint frigida ⁊ sicca: sed ptes toti corpori cōes: qđ plenius i tegni debet dici. ¶ Adaurat. idest euentat ⁊ refrigerat ⁊ attracti aeris mulcebritate contemperat. aliter enim totū corpus a vehementia estuationis candesceret: nisi aer attractus a corde ⁊ aspiratus a pulmone flabello sue euentationis ipsum demulceret. ¶ Hinc. idest ab ipso corde tāq̄ a fundamento nature. ¶ Tu requiras. o phice rimator. ¶ Stabiles numeros ⁊ phica vincula. idest ꝑpositiones firmas que in numeris attendunt: ⁊ phicales modos ⁊ inuisibiles gūphos quibus aīa est corpori irretita. Est.n.certa mensura ⁊ certa ꝑportionum meta in qua qualitas cordis in toto corpore ⁊ in quolibet alioꝝ membroꝝ calor debet excedere: que si infra illam metā subsistit magis q̄ natura possit substinere: vel suam metā trāsgrediatur: vita destruitur. ¶ Phisica vincula. idest vitalis spiritus naturalis ⁊ animalis: quibus mediātibus anima ꝯiungitur corpori. illi nāq̄ spiritus licet in discretis locis habeant generari: tamen in corde robur: ⁊ inde confortationem recipiūt. ex caliditate etiā cordis ⁊ naturali spiritu virtute caloris depurato in corde vitalis spiritus reperitur ⁊ animalis. ¶ Ex sementinis. dixerat cor esse solem corporis: ⁊ fundamentū caloris naturalis: nūc assignat quare ita sit. ¶ Quia vis ignea. idest naturalis calor ꝯtractus ex primis componentibus que cause sementine sunt ⁊ originales: hāc sedem cordis inhabitat. ⁊ quodā federe germanitatis eam sedem deuotius amplectitur: licet enim in qualibet pte corporis sit calor tāq̄ regitiuus totius corporis cor tamen sibi quasi firmam ⁊ stabilem appropriat mansionem. ¶ Unde datur. Probat ex forma cordis: cor esse naturalis caloris habitaculum habet siquidem formā pineatā ⁊ cono similem in imo grossum ⁊ rotundum quedā latitudine orbiculari diffusam: superius vero tendentem in accutū: que forma rei accōmodata ex virtute igneitatis ignis naturali motu suo tendit ad altū vel in accutū. Ex grossioribus ergo ptibus ⁊ aquosioribus plus grossiciei ⁊ terrestreitatis habentibus: fit in imo cordis ampliatio aquose partes impedite a terrestribus: non sequuntur motum intime ꝯstrictionis. Ex alterutra ergo partium contradictione eius pars inferior grossa quadam orbiculatione rotundatur. Ignee ergo partes ⁊ aere sursum rapte impetu caloris raptu ꝑprie leuitatis ascendentes:

tendentes in accutum cordis summitatem in modum coni vel piramidis constituunt. sed obiicit quare cor in humano corpore sic dispositum est: quod secundum dispositionem cordis cor in summitate grossum est: et inferius accutū. Unde secundum dispositionem istā ratio predicta infringitur. Ad hoc dicimus quod secundum grecos homo dicit antropos: quasi sursum conuersus: et assimilatur arbori inuerse. sicut enim arbor inuersa habet radicem constitutā sursum: et a radice ramos procedentes inferius: sic homo cerebrum que est radix totius corporis habet superius ortum. cetera vero membra a cerebro tanquam a radice mediantibus neruis progredientia habet constituta deorsum: ita secundum dispositionis huius ordinem cor in superiori parte obtusius est. inferiori vero respectu huius ordinis accutius est: sed naturali ordine positionis inspecto: cum omnis radix debeat supponi et rami eleuari erit secundum hunc nature ordinē cor in summo accutū et in imo grossum et obtusum. ¶ Basim. idest fundamentum substātie cordis: quod ex terrestribus partibus in imo residentibus compositum est.

De motu cordis.

Effreno rapitur motu: nunc surgit in arsim.
Nunc aduersa thesis ipsum premit emula centri.
Continuo motu res feruida posset aduri.
Deficeret: traheretque sui dispendia motus.
Sed pulmo madidus: crudique humoris alumnus.
Multis distinctus cameris fouet ignea cordis.
Blando concepti spiraminis ore flabello.

¶ Effreno. Postquā egit auctor de complexione et forma cordis et officio: ostendit hic motum eius. Ad hoc sciendum quod sunt tres motus in humano corpore. Primus nature tantum: Secundus anime. Tertius anime et nature simul. Motus nature effrenis est et necessarius irrationabilis et violentus ex quo incepit: desinere nescit: donec compleatur. Unde reprehendimus errorem quorundam qui asserebant motum cordis fieri per quosdam neruos descendentes a cerebro: ad lacertos pectoris: quos lacertos ipsi nerui mouent. Lacerti moti mouent thoracem: et secū trahūt pulmonē: pulmo motus cōmouet cor: quia ab aula mee speculationis arbitror esse in sufflādū. Motus enim cordis vt ait Galien. naturalis est: nec est in nostra potestate: vt possit differri: vt motus anime. Motus anime voluntarius est et ratio subiacet voluntati: et ratione moderatur: et administratur per neruos et spiritū animalem: qui aie neruaculus et preambulus est. Hunc motum possumus differre et retardare prout volumus: sicut motū manus vel pedis vel alterius membri. Tertius motus qui medius est: pulmonis et thoracis: est ibi partim naturalis. Unde ex toto non potest differri necessitate inducente legem motionis: partim voluntarius est. vnde ad tempus

differri potest ⁊ voluntas arbitriũ sequitur: quãdo flatum suspendimus: ⁊ ab inspiratione cessamus. In eo. n. ꝙ differri potest ꝓcedit ab anima ⁊ est volunrarius in eo ꝙ ex toto differri non potest. sed necessitate respirandi in actũ reduci cogit: a natura ꝓcedit: ⁊ est v'lis. Non est itaq; ꝓportionalis motus cordis motui pulmonis: motus enim cordis prius duplicatur vel triplicat ꝗ̃ motus pulmonis vel thoracis ꝯpleatur semel: motus thoracis est ꝓportionalis motui pulmonis. Et motus cordis non r̃ndet motui pul monis. veꝝ est si dexterã manum sup leua mamilla applices vel si pulsuũ in arteriis discernis naturã: ꝯpies triplicem motũ prius cordis. ꝗ̃ semel ꝑfici motũ pulmonis. Sed motui arteriaꝝ proportionalis est motus cor/ dis. Moto nãq; corde mouetur arteria tota. sicut moto baculo in manu: mouet manus ⁊ etiã baculus in sũmitate in medio ⁊ in principio: videtur enim alicui arteriã moueri sed posterius ꝗ̃ cor cum non moueatur nisi ex motu cordis. Spiritus enim vitalis qui cor dilatat ⁊ arterias non potest esse simul in corde ⁊ in arteriis: sed tractu t̃pis a corde in arterias diffun/ ditur. Unde motui cordis dilatatio arteriaꝝ successiua esse videt. qͦd sol/ uant montipedenses. Motus itaq; cordis qui ꝺm assignatam rationem effrenis est ⁊ necessarius duplex est. Alius est simplex alius compositus. Simplex qui tantum consistit in dilatatione vel tantum in constrictione. Qui ex dilatatione ⁊ constrictione consistit compositus est ⁊ ꝯstat ex con/ trariis motibus. Diastoles dilatatio ⁊ arsis sunt idem. Sistoles vero con strictio ⁊ thesis sunt idem. Et est diastoles motus cordis ad extrema. Si/ stoles est circunstantiũ partium reductio ad centrum. Impetus ergo cor/ dis ⁊ vehemẽtia spiritus in ꝑelectis operatur dilatationem: ⁊ tantum du/ rat dilatationis motus ꝗ̃tum permittit impetus caloris ⁊ vehementia si/ ue violentia spiritus impellentis. Diastolem itaq; operat caliditas indu/ cens ebulitionem ⁊ spiritus impellens cessante itaq; aut languente violen tia impulsionis remittit motus dilatationis. Et tunc ex terrestri substan/ tia cordis propter vehementiam partium extremaꝝ ⁊ grauitatem eaꝝ fit compressio cordis ⁊ extremarũ partium adinuicem reductio. Motionis vero cordis varie ⁊ differentes sunt cause: que a nobis quattuor esse di/ cuntur. Calida cordis complexio. Forma eius ⁊ compositio cum terre stri substantia ⁊ spiritus cum fumosa superfluitate innatus. Quarta cau/ sa potest dici siue esse spiritualis virtus que a tribus precedentibus pro/ cedit. Sed qualiter ex spiritu impellente tãꝗ̃ ministro: ⁊ calore tãꝗ̃ artifi/ ce fiat dilatatio plenius ostendemus. Sanguis per concauã venã ab epa te cum naturali spiritu per dexterã cordis auriculã ingrediens cordi mi/ nistratur: in cuius concauitate sanguis receptus locum calidissimum inue niens incipit ebulire ⁊ ebuliens resoluitur ⁊ rarificat in fumũ ⁊ spiritum. Differt autem fumus a spiritu. Spiritus enim subtilior est: fumus autem grossior. Et est spiritus inter ignem ⁊ aerem medius igne obtusior ⁊ aere subtilior. Fumus est inter aquã ⁊ aerem medius: aere grossior ⁊ aqua sub tilior. Fumus itaq; ⁊ spiritus generati in corde per viam rarefactionis

ampliorem locum occupant ⁊ cordis ꝯcauitatem replent ⁊ distendunt. in-
de fit cordis dilatatio. Qꝫ autem corpus rarefactum maiorem locũ occu-
pet ꝓbari potest auctoritate ratione ⁊ exemplo. Dicit enim Aris. ex vno
pugillo aq̄ multos fieri pugillos aeris: ꝭ idẽ similiť ex aliis. Primũ argu
mentũ pȏt adduci. Si castanea integra ignito cineri apponať calor ignis
humiditatem castanee in fumũ resoluit: fumus resolutus multo maior est
ꝙ̄titate quã habuit massa ex qua generať: vnde maiorem locum occupat:
⁊ locũ inter corticem ⁊ castaneã replet ⁊ distendit. Et cum intus nequeat
contineri quia inititur ad vaporationem ex quadã violentia sursum mo-
uetur: ⁊ secum castaneam deportat: nec eam reprimi ꝑmittit: donec erupto
cortice euaporet. Similiter fit cordis dilatatio: ex fumo ⁊ spiritu amplio-
rem locũ ꝙ̄ sanguis occupantibus. Sed ꝯstrictio cordis ex sola eius pon-
derositate efficiť: sicut ad depressionem castance sola eius grauitas suffice-
re videť. Cum enim motus cordis ꝭm diastolem ⁊ sistolem triplex sit cau-
sa: calida complexio: compositio: spiritus cum fumo innato. sciendũ ꝙ vir-
tus operatiua que est quarta causa procedit ab hiis tribus: que sic descri-
bitur. Virtus motiua est motus cordis ⁊ arteriaꝝ ⁊c̄. Obiicitur de com-
pressione cordis videtur ꝙ non sit operatio virtutis. Nam quãdo incipit
compressio: virtus operari desinit nec iam aliquem motũ exercet. Item
nec virtus potest operari nisi aliquo spiritu mediãte: sed in compressione
non moueť spiritus: nec per ipsum compressio fit: sed potius ex coheren-
tia partiũ cordis: qui cũ sit grauis. substãtie virtus sue grauitatꝫ deorsum
deprimit. Non ergo operatiua virtus est motio cordis ⁊ arteriaꝝ ꝭm dia-
stolem ⁊ sistolem sed ꝭm diastolem tantũ quod obuiat auctori. Hoc argu-
mentũ soluendũ relinquamus hiis qui in talibus negociãtur vt habeant
materiã litigandi. Hiis explanatis litterã exponamus. ¶ Effreno. idest
violento ⁊ necessario ⁊ naturali intellige de composito motu qui ꝑtes ap-
plicat: cum subdit. ¶ Nunc. idest quandoqꝫ surgi. ¶ In arsim. idest in
diastolem ex calore ebulitionem faciente ⁊ ex spiritu impellente. ¶ Nũc.
idest aliquãdo cȏpleta dilatatione: cessante impulsione spiritus. ¶ The-
sis. idest sistole. ¶ Aduersa. quia ꝯtrius motus diastoles. ¶ Premit
ipsum. .s. cor ex coherentia ⁊ grauitate ꝑtiũ. ¶ Thesis. dico. ¶ Enu-
la. idest familiaris ⁊ amica. ¶ Centri. idest ꝯuexitatis cordis. ¶ Con-
tinuo. dixerat cor effreni ⁊ violento raptu motũ. vnde cum sit calidũ ⁊ in
desinenti ⁊ in frenato motu agiteť: posset inflãmari: ⁊ incãdescere: maxime
cũ sit calidũ ⁊ ignitũ. Et ibi phicalis methodus ꝙ solida corpora maxime
sint calida ex motu calefiũt nec tantũ calida: imo etiã que frigida sunt: ⁊ ter
restria. In q̄drigis ⁊ molendinis circa axem vbi voluitur rota ex impetu
effrenate volutionis ignẽ accendi videmus. Qδ si fuerit in corde humani
corpis deficeret ⁊ discrimen dissolutionis īcurreret: qδ ne fiat natura por
uida ⁊ discreta ⁊ in cũctis suis oꝑationibus sedula: dispensatrix pulmonẽ
ꝯstituit: tãqꝫ famulũ ⁊ camerariũ cordis: qui ventilabro ꝯcepte aereitatis
ꝯtempat cordis feruorem: ⁊ igneã eius faciem flabello blãde euentationis

emuſcetet.¶ Sed pulmo madidus. quia eſt flegmatis receptaculũ:⁊ mul ta eliquatione humectat.¶ Crudiq̧ cruoris.i.flegmatis q̄ eſt crudus hu mor:⁊ primus indigeſtoꝝ:vt dicit Ariſtoteles ⁊ Iſaac i libro vrinaꝝ:ſpu moſitatem ſanguinis ſibi attrahit pulmo ab epate vt inde flegma faciat:et calidũ ſuũ contempet.¶ Multis cameris. ideſt caſulis ⁊ ſpongioſitati bus quibus incameratus eſt:vt intra ſue cameroſitatis ventriculos maior etiã quãtitas valeat cõtineri:⁊ fidelius ⁊ diutius retineri.nã ſi plana eſſet ſibi conuexitas exp̄s ſpongioſitatis aer intus cõceptus ſtatim exiret nec ſtabilem haberet manſionem:ſed ex quo eſt calor cameris concauis intri catus diutius commorat:cuius diuturna cõmemoratio cordi neceſſaria eſt plurimum ad temp̄amentũ ⁊ refrigeriũ inſpirationis.i.aeris inſpirati.

De cauſis motus cordis.

Cordis forma craſis fumus vis ſpiritualis.
Vernula virtutis tribuens ſpiramina membris.
Sunt arſis cauſe theſis ex ſola grauitate.
Perficitur:dum deprimitur ſubſtantia per ſe.
Hunc regit ⁊ celebrat nature regula motum.
Cuius vis anime membris infuſa vigorem.
Suſcitat ⁊ reliquos virtutis temperat vſus.

¶ Cordis forma. Que ſunt cauſe motus cordis:dicit quarta diſtin ctio que ſuã lucẽ ex p̄cedentibus vendicauit.¶ Forma. quãtum ad eius rotunditatem:que forma mobilitati congrua eſt.nã omne rotundũ eſt mo bile de natura.¶ Craſis. ideſt calida eius cõpl'o.omne nãq̧ calidũ de na tura velocit mobile:ſicut omne frigidũ tarde mobile.¶ Fumus. ex ſan guine reſoluto generatus:per partiũ rarefactionem:vnde ampliorem lo cũ occupans inflat cor ⁊ dilatat.¶ Vis ſpiritualis. ideſt exiſtens in ipſo corde.¶ Vernula virtutis. Spiritus vitalis miniſter op̄ationem ſecũ defert:⁊ virtutem ſpiritualem.¶ Tribuens ſpiramina. ideſt ſpiramina vegetationis toti corpori infundens.Hec oĩa p̄dicta cauſe ſunt.¶ Arſis. Ideſt diaſtoles.¶ Sed theſis. que eſt extremaꝝ partiũ reductio ad cen trum.¶ Perficitur. ex ſola grauitate ⁊ coherentia ⁊ terreſtreitate ſub ſtantie.¶ Cum deprimitur.i.in motu proprie grauitatis:nulla ſpiritus impulſione ad hoc operante.¶ Hunc regit ⁊ celebrat. Dixerat auctor motum cordis eſſe effrenem ⁊ neceſſariũ:quia fit a natura tantũ. Inde vi detur alicui ꝙ ſoli nature attribuendus eſſet motus cordis:⁊ ꝙ omnino a virtute anime alienus.ideo oſtendit ꝙ ꝙuis fiat a natura principaliter:tñ vigorem ſue formationis ſortitur ab anima.ſed probat ꝙ motus cordis tñ ex anima procedit.Dicit Conſtantinus in pantegni:ꝙ virtus quedã atti net nature tantũ:⁊ dicitur naturalis.Alia eſt q̄ corpus viuificat ⁊ cor dila tat ⁊ arterias:⁊ iteꝝ cõſtringit q̄ ad animã attinet:⁊ dicitur ſpũalis.Tertia

est q̃ sensum ꝛ voluntariũ motũ perficit.s.animalis.ꝛ ex hoc videtur quia virtus spiritualis q̃ cordis motũ opatur:tantũ pcedit ab anima. Ad h̄ dic̄ Constantinus cũ dicit virtutem spiritualem ad animã pertinere:non ideo dicit:qꝛ vitã ꝛ primordiũ sue essentie summat ab anima:sed qꝛ ex infusione anime suã pfectius exequit̄ actionem. Ante enim infusionem anime inerat tm̄ ẜm habitus.sed anima infusa est ẜm actũ.vnde ex infusione aie omnes virtutes corporis in suis explendis actionibus fortiores existunt.

De descriptione pulsus.

Innatum recreet vt mulcebris aura calorem.
Et procul absentent fumose vmbracula nubis.
Spiritus vt digno reparari somite possit.
Exarsi atq̧ thesi conflatur motio cordis.
Que pulsum faciat ꝛ vite consona fiat.
In pulsu resonant tenorꝛ:ꝛ concordia vite.
Sinzugie vitalis amor modulamina cordis.
Intima temperies:animi secreta voluntas.
Augma:paroxissmus:status ꝛ peryodicus error.
Morborum cretici motus:quid fata minentur.
Quid possit lachesis:quicquid parat exitialis.
Antropos:ense necis dum fila sororia rumpit.
Urine fraudes aperit discretio pulsus.
Certificatq̧ fidem:pulsus confirmat ꝛ vnit.
Judicii genus in speciem censura reducit.
At pulsu dubio medici mens pendula mutat.

¶ Innatum. Quid sit motus cordis:ꝛ quibus causis concurrentibus fiat:ꝛ quid operet̄ motũ cordis:aut anima:aut natura dixit:qꝛ aut ex motu cordis:aut ex causis motũ cordis opantibus pcedit pulsus:ideo insinuatiue ponit descriptionem pulsus. Cũ tota huius opis doctrina de pulsib9 constituat̄:ex ratione ppositi tenent̄ pulsus assignare descriptionem. describitur a Pho sic: Pulsus est motio cordis ꝛ arteriaꝝ ꝛc̄. hec autem diffinitio ĩtelligenda est p causam:nõ p essentiã suã:sicut sunt multe diffinitiones huius artis. Pulsus.n.non est illa motio que est in corde cũ ipsa sit singularis:ꝛ pulsus sit in arteriis a corde remotis.motus tamen cordis causa est illius motionis que est in arteriis:ꝛ q̃ est pulsus.sicut.n.ex motu arboris sequitur motus frondiũ ꝛ fructuũ:nec tm̄ vnus est sed alius:licet ab altero fiat.sic ꝛ in pulsu:mouetur.n.corꝛ ꝛ dilatatur.ex cuius motu vitalis spirit9 impellit̄:ꝛ impulsus arterias mouet:quaꝝ motus est pulsus.vnde pulsum sic possumus diffinire: Pulsus est motio ex diuersis motibus cõposita in mẽbro cõcauo ꝛ arterioso facta a motu cordis ꝛ quarũdã arteriaꝝ procedens a virtute operante spiritu mediante. Potest etiam dici q̧ diffinitio

physicalis est per essentiã vt pulsus sit motio composita ex motu cordis ꝛ motu arteriaꝝ. Ex diuersis nãq; motibus potest conflari vna motio cõposita. hec itaq; motio cordis erat motio que est pulsus ꝛ motio arteriarum. Similiter erat pars eiusdem. Ille ergo qui tangit pulsum sentit ptes: non ergo sentit motũ cordis. sed istud ꝑpendit ex motus arteriaꝝ cognitione. Litteram expone taliter. ❡ Motio talis. que pulsum facit est composita ex motu arteriaꝝ ꝛ cordis. ❡ Conflatur. idest componit. ❡ Ex arsi ꝛ thesi. idest dilata ione ꝛ sistole. i. motio cordis ꝛ arteriarũ composita ſm diastolem ꝛ sistolem consideratur sequitur. ❡ Ut mulcebris. Hic assignat vtilitatem pulsus. vnde hec clausula non est de diffinitione sed ad vtilitatis expressionem annexa est sicut in diffinitione physicali adiungit̃ hec clausula ad infrigidationem caloris innati. Est autem vtilitas pulsus vt suo motu calefiat corpus ꝛ ex aere inspirato a pulmone spiritus vitalis reparetur. illius. n. attracti aeris pars euaporat per poros corporis: quedã a calore consummit̃ quedã a cordis constrictione in pulmone expirat: quedam retenta subtiliatur: ꝛ depuratur: ꝛ ex ea vitali spiritui annexa ꝛ adiuncta vitalis spiritus reparatur. ꝛ hoc est. ❡ Ut mulcebris aura. idest aer inspiratus. ❡ Recreet. idest emulceat ꝛ contemperet. ❡ Innatũ calorem. idest naturalem qui aliter estuaret ꝛ incenderet̃. Nota duplex est calor innatus vnus contractus ex primis componentibus ꝛ est principalis qui in mortuo subiecto a substãtia non recedit: qui iugis est ꝛ comes perpetuus assequa subiecti quem violentia mortificationis non potest subuertere. Caro. n. leonina q̃uis sit mortificata tamen colerica est ꝛ calida in quarto. ꝛ in corpore suscepta dissoluit ꝛ febrem ꝓuocat. vnde hec non est nisi ex calore ĩnato. Est ꝛ alius calor innatus contractus ex influentibus ꝛ infusione spirituũ ꝛ humorum: ꝛ est actu tantũ: qui substantiam relinquit. ꝛ iste ex aere recreatur: ꝛ distemperatur: ꝛ nõ alius. ❡ Umbracula fumose. idest superfluitates q̃ recepte in corpore obnubilarent ꝛ obumbrarent vitalem spiritũ. ❡ Absentent. idest exsufflentur a corde ad pulmonem: ꝛ a pulmone exterius emittant̃. Hic potest queri quãdo sufflamẽ suspendimus quo aera cor attrahit: in quo superfluitates expellit. Dicitur ꝙ in spiramine fit attractio aeris. qui aer per tracheã arteriam ad pulmonem transmittitur: ꝛ in pulmonis cauernulis suscipitur: nec ad cor aer ille totus transmittitur duplici de causa: tum quia cor totius aeris attracti ad pulmonẽ capax non esset: cuius pulmo est capax tãq; macer membrũ: tum q: eius partem in se continet: vt licet aer ab exterioribus nõ attrahatur: cũ cor inueniat aerem in pulmone quem posset attrahere. ꝛ q̃uis pulmo repletus sit aere: ꝛ cor habeat in se sufficientem aerem quo possit foui: vnde videtur ꝙ longo tempore possit teneri aer nullo mediato suffragio ab aere exteriori: tñ hoc fieri nõ potest: quia cor semper in cõstrictione que successiua est dilatationi fumosas superfluitates emittit: q̃ transmisse ad pulmonem si non possent exsufflari nec in corde cõtineri iteꝝ ad cor reuolute ꝛ reciprocate vitalem spiritum ingrossarent: qui naturaliter debet esse subtilis. vnde ingrossato ni-

debilitas spissitudo velocitas: et quandoq; serrina inordinatio. Durus est extensione: paruus ex duricie organi: ex defectu virtutis arterie propter duriciem nimiam dilatari nequeuntis. Ideoq; oīs durus paruus velox. Et spissus ex multa necessitate refrigerii. Cum.n. virtus debilis semel sm ꝙ oportet trahere non possit necesse est frequenter repetere: qđ vno ictu nequit implere. Inordinatio et diuersitas ex angustia virtutis: que valde afflicta et occupata non potest ordinem seruare. sed modo magis: modo minus dilatat sm motionem et estuationem cause. In huiusmodi aūt apostematibus pro diuersis tpibus eorū pulsus variant. In principio.n. minor est duricies maior fortitudo et maior pulsus est in ꝗtitate: nec tm̄ est inordinatio. In initio paruū est apostema et modicam facit tensionem partium: et virtus adhuc fortis est et potest vascula melius dilatare. Calor magnus est vnde velox pulsus est et spissus. Inordinatio est parua: qꝛ arterie duricies est modica et virtus non est adeo oppressa. Hec accidentia sunt sm ꝓcessum aliquoꝝ temporꝝ.i. augmenti et status et maiorant: et maxime intenditur ille qui plenitudine concomittatur: qꝛ causa duriciei.i. tensio arteriarum maior est ex maioratione apostematis et maiori compressione ꝑtium: et vaporis ꝯstipatione. In declinatione.n. condescendit apostema et ꝯdissoluitur humor: et apostema finitur: pulsus ad sani quātitatē reducit. Ex dissipatione aūt subtilium humoꝝ et induratione grossoꝝ apostematū duroꝝ et constipatoꝝ pulsus durior et subtilior efficitur: qꝛ organa in latitudinem et profunditatem ex sua duricie non dilatant. minus velox est et spissus: qꝛ calor minor est qui tanta refrigeratione nō indiget sicut prius. vnde si ꝑseueraret tale durū post dissolutionem materie periculum significat: qꝛ.s. indurationem apostematis ad dissoluendū difficilem: et sic ꝓlongationem morbi et nature defectū significat. Si apostema est in miringis cerebri sicut est frenesis: fit pulsus durus paruus: velox: fortis: spissus durus: quia in neruosis locis fit apostema. quare paruus vel spissus patet ex predictis: sed aliquātulum fortior est ꝙ̃ in aliis apostematibus: qꝛ in hiis est fortior virtus. vnde quidam morbidi in hiis morbis cito eriguntur et percussores et garruli fiunt: et vix ab hominibus possunt teneri: qꝛ ex collisione vel corruptione mentis ꝯsequit. Inordinatio fit ex inconuenienti dilatatione organi cū duricie effusionis et fortitudine virtutis. vnde fit vt pars dilatet pars vero nō. minor est duricies pulsus ex apostemate epatis ꝙ̃ eius qđ est in locis neruosis: qꝛ hec membra non sunt tante duriciei: nec tantas faciunt tensiones: vt membra neruosa et arteriosa. In locis cordi proximis apostemata faciunt pulsus similes eis q̄ fiunt ex apostemate facto in locis arteriosis. nā vene epati: et arterie assimilant cordi. Ex apostemate colerico maxime fundato in membro nobili vt cerebri pāniculis vel diafragmate vel circa cor: qꝛ in corde apostema fieri non potest. vnde si sit in epate vel stomacho fit pulsus valde durus. Si fiat in aliis mēbris sicut in pede vel in manu nisi in locis arteriosis non tanta est duricies. Ex apostemate melancolico in eisdem membris est in pulsu duricies et subtilitas. Squinā

tia q̄ꝛ fit in lacertis gutturis qui ꝑtim neruosi ⁊ cordosi sunt facit pulsum durū ⁊ thetanosum: ⁊ serratum paruū debilem spissum: ⁊ quare ex predictis patet. Si talis pulsus ex tali egritudine augmentet̄ in duricie ⁊ thetanositate ⁊ in serrature diuersitate spasmū futurū denunciat: q̄ꝛ ex apostemate crescente patit̄ neruus: et ex neruis cerebrum propter colligantiā neruoꝝ ad ipsum: vnde necesse est vt spasmus concreet̄. Q̄d si eadem permanente duricie vt thetanositate in raritatem decidat patiens suffocari vel debilitari significat. Fit enim talis raritas propter congelationem caloris naturalis Pleuresis ex colera rubea facit pulsum durū ⁊ valde spissum. Et talis pulsus in pleuresi significat colerā ru. esse in causa. Humorem. n. causticū significat valde mobilem: ⁊ valde furiosum. vnde aut periplemoniā aut significat syncopim futurā propter instabilitatem ⁊ subtilitatem materie periplemonie. Si in periplemonia mutat̄ in syncopim. Si ad cor maniā vel defectionem: quod fit ex vicinitate cordis vel pulmonis ad locum morbi. Q̄ꝛ si in pulmone sit parua spissitudo ⁊ remissa duricies significat pleuresim fieri de materia flegmatica: ⁊ nunciat futuram alienationem mentis: vel apoplesiam nunciat futurā. Fumus enim frigidus ⁊ humidus ad cerebrū ascendens hos morbos facit. Empima ante dissolutionem materie pulsum facit durum ⁊ valde serrinū velocem spissum. Si materia in putredinem mutatur digeratur ⁊ emictatur natura in patiente fit mollis latus debilis rarus ⁊ mollis ⁊ latus propter materie humiditatem in membris. debilis ex subita inanitione. rarus ex magno desiderio trahendi aerem. In ptysi siue fiat ex calido apostemate pectoris: vnde humiditas ex vicinitate cordis exiccat̄: ⁊ arterie ⁊ fundamenta pectoris simpliciter desiccant̄: siue ex mala complexione calida ⁊ sicca in toto corpore: in qua permanente siccitate propter vsum calidorū ⁊ frigidorum in frigiditatem mutatur: ⁊ humiditas substātialis corporis desiccatur. Fitq̄ʒ quasi decrepitum corpus: fit pulsus durus debilis paruus: debilis quia deficit ex tempore longo virtus. paruus ex defectione virtutis in organis dilatandis. durus ex defectione ⁊ desiccatione totius corporis. velox spissus propter necessitatem refrigerii. Apostema calidum in ore stomachi facit pulsum durū thetanosum spissum velocem serrinum: qui serrinus declaratur posterius thetanosum ex neruositate: debilem ex defectione virtutis: que defectio si prolongatur facit pulsum tardum rarum. Apostema stomachi frigidum pulsum facit durum ⁊ debilem ⁊ paruum. Timpanites pulsus facit durum thetanosum spissum: durum ex siccitate: spissum ex defectione virtutis.

De pulsu duro in pleuresi.

Pulsus duricies in pleuresi perniciosa.
Arida materies: terrestris: cruda probatur.
Solui difficilis: ex quo discussio morbi.

Protrahitur: vis opprimitur: natura fatiscit.
Vitaq; succumbit longo lassata duello.

¶ Quia cũ possit fieri de sanguine raro de flegmate ꝛ sepe de colera: pp duriciẽ pulsus ꝛ spissitudinem significat ꝙ sit pleuresis de colera q̃ de hac mã facta piculosior est pp mobilitatẽ materie ꝛ furiositatẽ ꝛ facilem ꝯversionẽ in pipleumoniã pp loci pximitatẽ. Significat etiã durus pulsus nimiã tensionẽ organoꝝ ex ariditate ꝛ multitudine materie: vnde morbi ꝓlixitas de defectione nature ostendit. ita dico si pseueret in duricie.

De significationibus pulsus mollis ẜm naturam.

In pulsu cui molliciem natura ministrat.
Cordis ꝛ arterie pariter substantia mollis.
Corporis innuitur crassis: humida: mens muliebris.
Cerea: flexibilis: pia: blanda: parumq; fidelis.
Aduena mollicies quam synthomaticus vrget.
Impetus humores dissoluit vasa remollit.

¶ Sequit de molli pulsu. Mollis itaq; ẜm nãm significat humiditatem corpis molliciem organoꝝ nãlẽ: q̃ ex humida crassi cordis remolliunt. q̃tũ ad mores significat muliebritatẽ animi: mentẽ cereã ꝛ flexibilẽ: piã ꝛ infidelem: qd totũ ex humiditate ꝯtingit: q̃ maxime iter q̃litates peior ꝛ pessima ꝛ mutationi habilior est. ¶ Aduena mollicies. Quia significat molliciẽ pter naturã. Pulsus mollis pter naturã significat humide nature abundantiã: ꝛ eius dissolutionẽ pter naturã vñ organa humectant: humectata remolliunt. Ex apostematibus ꝗ̃ flegmaticis maxime si fiãt in locis carnosis ꝛ nãlr humidis pulsus fit mollis. vñ in apoplexia ꝛ lytargia pulsus est mollis: ꝛ etiã tardus rarus in diuersitate estuosus: q2 flegmaticus humor in cerebro abundat ꝛ nascit vnde de membris aliis ad ipsum transmittit. Ipsum quoq; cerebrum humidum est de natura q2 humores facti sunt ex multa humiditate pulsus debilis debet ẽẽ tardus rarus ex debilitate virtutis: cum multa humiditate diuersitas est estuosa.

De pleno pulsu ꝛ vacuo.

Copia spirituum per plenum plena notatur.
Sanguinis eluuies vberrima vasa replentis.

¶ Exequit de significatiõis q̃nti generis qd ꝯsistẽtie organi ptinet. i. pleni ꝛ vacui. Plenus igit multitudinẽ sanguis in ꝯcauitate cordis recepti significat: quo sanguĩe in fumũ ꝛ vaporẽ resoluto mouet cor: ꝛ arterie mouent. Et talis apparet in patientibus synochũ ꝛ synochã inflatiuã ꝛ labo-

rantibus de repletione humoꝝ aquosoꝝ. Et nota ꝙ oīs plenus est latus cum ex eadem causa ꝯtingat plenitudo ⁊ latitudo. s. ex abūdantia humiditatis. Sed sciendum ꝙ si flegmaticus humor nimis abundet in corpore ⁊ maxime ex̄ vasa paucificat sanguis. Ex sanguinis indigentia in vasis propter flegmatis multitudinem non occurrit pulsus plenus.

De vacuo pulsu.

In vacuo vene sitiunt. vegetabilis aure.
Vis absorta perit: viui fons sanguinis aret.
Quem bibit ariditas peregrini lima caloris.

¶ Agit h̄ de significationibꝰ vacui qui p ꝯtͥiū rn̄det pleno: ⁊ ꝯtͥlis significationibus describit. Vacuus itaq; pulsus significat indigentiā sanguis: ꝯsumptionem humiditatis: ⁊ defectionem spirituū. vn̄ qn̄ digiti applicant sup arteriā statim arteria cedit cōpressioni: ⁊ nullā humiditatem interius ꝯclusam supius reddit vel redundat. Sed statim pulsus ꝓp inanitionem sui organi q̄si vacuus euanescit. Vacuus aūt pulsus aut est cū caliditate: aut cū frigiditate. Si cum caliditate vehementi significat euenire synthesim ⁊ ethycā. Si cū frigiditate significat extinctionem caloris naturalis: qꝛ frigiditas instātiā mortificationis: vacuus deꝑditionem spirituū ⁊ substantialis humiditatis denūciat. In litargico etiā apparet vacuus qꝛ exuberat a flegmatico humore humore rapto supius: vn̄ fit litargia ⁊ diminuto sanguine in venis ꝓp defectionem digestionis ex multiplicatione alterius humoris in arteriis: pulsus vacuus occurrit. nō h̄ agit ſm naturā de pulsu vacuo: qꝛ oīs vacuitas innaturalis est: cū sit ex defectione humoꝝ ⁊ spirituū. ¶ In vacuo pulsu vene. Que sunt vasa sanguis. ¶ Sitiūt. idest inaniunt ⁊ desiccant ꝓp indigentiā sanguis ⁊ ꝯsumptionē. ¶ Vegetabilis. idest vitalis spūs cuius est adiuuare ⁊ vegetare mēbrū. ¶ Fons viui sanguinis. In quo q̄si quodā fonte membra potant humectant ⁊ recreant. ¶ Lima caloris. idest cos ⁊ irritamentū incensionis in humano corpe. Sicut. n. p cotē ferrū acuit ⁊ p limā acutius ⁊ magꝫ incisiuū reddit: sic p siccitatē caloris innālis feruidior efficit: qd̄ apparet in lignis aridis: q̄ magꝫ obediūt incensioni q̄ꝫ si essent viridia. Febris etiā q̄ fit de eo acutior est q̄ꝫ illa que de alio humore fit: vnde hoc non fit nisi p limā siccitatis.

De calido pulsu ⁊ frigido.

Et calidus cuius mordax punctura perurit.
Continue digitos: index est febris acute.
Si calidus digitos interuallariter vrens.
Interuallaris atq; induciosa vocatur.
Est ethyce testis calidus vacuo sociatus.

¶ Exequitur de significatione sexti generis qd est calidũ & frigidũ & hoc similiter ad consistentiã organi pertinet cũ duobus pcedentibus. Calidus itaq significat caliditatẽ organi & distempantiã spirituũ & humoris fluẽtis in ipsis arteriis. Sed pulsus calidus: aut est calidus a sanguine: aut a colera: vel ex calore infixo membris cõsumente & bibente sanguinem in venis. Si enim calidus est ex sanguine: debet cõcomitari plenitudo mollicies magnitudo inter velocẽ & frequentẽ mediocritas. plenitudo ex vasoꝝ repletione. mollicies ex sanguinis humiditate: magnitudo ex magna sanguinis resolutione in fumũ & spiritũ. Inter velocẽ & frequentẽ mediocritas ex mediocri necessitate habende refrigerationis. Humiditas nãq sanguinis est cõtempamentũ ardoris & indigentiã refrigerationis ɔpescit. sed si calidus ex colera sit discernit̃ p gracilitatẽ & duriciẽ: p frequentiã & alioꝝ accidẽtia: q̃ appent i corpe ɔcomitãtia. Si est ex calore i sito mẽbris dȝ esse vacuitas: & ethycã & ptysim significat. Itẽ alia fit divisio calidi pulsus. Nã calid9 alis ɔtinue calidus vrens & mordẽs i appõne digitoꝝ: & significat ɔtinuã. Alis intervallarit̃ & interpollatiue: & sine punctione & mordicatione digitoꝝ: & significat interpollatam.

De pulsu frigido.

Spirituum probat occasum viteq lucernam.
Celat: & extinguit gelidus spiramina cordis.

¶ Exequit̃ de significationibus frigidi pulsus. Frigidus significat extinctionẽ calidi naturalis: annullationẽ spirituũ mortificationis eminẽtiã. Nõ ɔsulo q medicus stet circa egrotũ qñ appet talis pulsus. tũc. n. crux & luminaria & cinis & cilitiũ & aq̃ bñdicta suũ debent hr̃e locũ. ¶ Occasum. idest defectũ. ¶ Lucernã. idest vitalem spiritũ qui est lucerna microcosmi.

¶ Incipit tertia particula.

Espirare licet modicum tiruncula clio.
r Dulcebris instaurat fessas recreatio vires.
Iam satis est: nunc tolle moras: succinge regressum.
Accipe: sed caueas pedibus ne scandala fiant.
Bevius est calor. & milia multa supersunt.
Excubat interius forsan clandestinus hostis.
Inuidie celebrata lues: furmicula fame.
Pessima pro puris spargens zizania granis.
Vt sit processus securior: & tibi parcat.
Inuidus: & satui veteris ludibria vulgi.
Verba musandino maneant condita sapore.
Omnibus equinoci titulum pretende salerni.
Presulis alfani claro signata sigillo.

¶ Aggreditur auctor noster tertiã distinctionem sui operis: in qua exequitur de significationibus aliorũ generũ. et ponit distinctiones eorũ quorũdam: quas in secunda partitione non posuerat. Premittit autem prologũ in quo musam suã alloquitur eãq₃ ex presenti opere fatigatã inuitat ad recreationem quietis. ¶ Tiruncula. Idest rudis et nouella. ¶ Iam satis est. Sed quia requies diuturna parit desidiã et eneruat vigorem: statim iubet eam interrumpere quietem antequã opus inceptum aggrediatur. ¶ Ne scandala. Idest cum pedes intendas et veharis pedibus metrice orationis caueas ne aliquod offendiculũ pedibus tuis occurrat. ¶ Milia multa supersunt. Idest miliaria multa restant ad pergendum. idest diuersa capitula et diuerse regule que restant tãdem de generibus pulsuum: per quas regulas quasi per certam viã et semitam peragrare debet intellectus tractantis. ¶ Excubat. Hic auctor noster monet musam suam q₃ sibi caueat ab adulatoribus et detractoribus: qui bene dicta aliorum dente canino et satyrico corrodent: et que scire non possunt vel facere quadã mali gnitate animi defraudant: et laudes aliorum in se infundata tituli mutatione conuertunt. spergunt seminant nigellam inuidie: et ʒiʒaniam detractationis: vbi deberent seminare precium laudis et fauoris. ¶ Musandino sapore. Idest sapidis et sententiosis auctoritatibus Petri musandini qui fuit patronus et supremus opifex huius facultatis: qui aliũ non habuit parem nec habiturus est sequentem. ¶ Equiuoci salerni. Salernũ equiuocũ est ad ciuitatẽ et ad magistrũ huius artis pceptorem. ¶ Alfani. Idest illius summi magistri et vnici in physicali sciã. ¶ Presulis. Idest archipresulis salernitani tantis cõfisa patronis põt malignis hostibus obuiare.

De significationibus frequentis et rari pulsus.

Qui recolit replicatq₃ suum sepissimus ictum:
Ex vi contrahitur fragili: fortiq₃ calore.
Cordis adoptiuus: vapor vt possit recreari.
Sufficiens possit spiramine mulcebris aure.
Ac simul huic detur quantũ sibi competit aer.
Vis oppressa negat. igitur perplexa reprendit.
Multiplici numero: qđ iam formauit in vno.
Crebraq₃ defectum quanti repetitio pensat.

¶ Exequitur auctor noster de significationibus aliorum generum que restant sex predictis. Et primo expedit significationes frequentis et rari pulsus: quod est sextum genus et perpenditur ex tempore quietis: quod est inter duas diastoles: sicut in prima partitione dictum est. Frequens itaq₃ pulsus significat fortitudinem et vehementiã extranei caloris et innaturalis et debilitatem et afflictionem virtutis: q2 fortis est calor: et multa indiget aeris attractione et refrigeratione: vnde multa instat necessitas humi-

de refrigerationis: et euentationis ad tempamentū feruoris. Si virtus debilis et afflicta nō pōt sufficienter aeris quātitatem vno ictu attrahere quātum expedit necessitas arboris: ḡ necesse est quod numerosa et frequēti actione restaure et suppleatur qd̄ defecit i quātitate vnius attractionis. et ideo causis pdictis concurrentibus: idest forti calore et debili virtute frequens accidit pulsus. Si vero fortis virtus cū forti calore concurrant iuxta necessitatem ardoris fortis virtus trahet sufficientem aeris quantitatē. et tunc non fit frequens pulsus. Sed inter raritatem et frequentiā: mediocris. ¶ Sepissimus. idest sepissime iterans motionem. ¶ Adoptiuus vapor. idest calor extraneus et innaturalis quem cor adoptat illata sibi violentia ex febre vel exercitio vel apostemate vel quacunque compressione vel immutatione. ¶ Mulcebris aure. idest aeris cuius attractione interiore demulcentur. ¶ Quod iam formauit in vno. idest in quātitate attractione.

De significationibus rari pulsus.

Debilis in raro calor est: infirmaque virtus.

¶ Ostendit causas et significationes rari pulsus. et dicit: quod rarus pulsus significat debilitatem caloris et infirmitatē virtutis: quia debilis est calor non restat multa necessitas aeris attrahendi in multa refrigeratione. Uirtus etiā quāuis infirma sit iuxta debilitatem caloris aerem pōt sufficienter administrare ad temperandū vna attractione. Sed contrariū inuenit in pantegni. Dicit enim Cōstantinus rarum pulsum fieri ex virtute debili et forti calore. Et Philaretus dicit quod rarus pulsus fit ex debili calore et infirmiori virtute. Solutio dubii est. Quod dicit Constantinus rarum pulsum fieri ex debili virtute et calore forti: hoc dicit respectu quorūdā sanorum corporum que secundum frigidā disponuntur cōplexionem et quod debilitate caloris: modica egent refrigeratione. Et virtus eorum cum sit fortis: quia sana sunt corpora: et nulla egritudine oppressa vno ictu possunt sufficienter attrahere quod calorem debilem possit refrigerare. vnde in eis fit rarus pulsus. Quod autē dicit Philaretus rarum pulsum fieri ex debili calore et infirma virtute hoc dicit fieri gratia egrorum corporum. In febriente enim rarus pulsus significat maximū virtutis operatiue impedimentū: quia extinctionem caloris naturalis ex consumptione humiditatis et annullatione spirituū. Unde si in laborante acuta febre precedente pulsu multū veloci frequenti et magno nulla facta determinatione subito appareat pulsus rarus sine alienatione mentis patientis significat mortem.

De incidenti et decidenti pulsu.

Motibus incidui pulsus virtus reparatur.
Captiuata salus fit libera. languida fortis.
Debilis instaurat vires. oppressa resurgit.

Vita ꝛ̃eformatur: victo synthomate morbus.
Exultat: capto brauio natura triumphat.
At per deciduum vite iam vespere facto.
Vergit in occasum splendor vegetabilis aure.
Eneruata perit virtus. parceꝙ trahenti.
Atrops insultat: vt vite syncopet vsum.

¶ Hic auctor agit de octauo genere pulsus quod incidens ⁊ decidens di
citur: ⁊ eius significationes ostendit. Incidēs itaqꝫ pulsus attenditur ꝺm
collationem ⁊ comparationem morarum ad moras: occultarum ad aper-
tas. fortium ad debiles. debilium ad fortes. Aperta mora dicitur que fa-
cit pulsum in dilatatione. Occulta que facit in constrictione. In compa-
ratione ergo more dilatationis ad moram constrictionis inciduus vel de-
ciduus dicitur. Nam si breuior sit mora constrictionis ⁊ maior sit mora di
latationis dicitur pulsus inciduus. Si vero breuior sit mora dilatationis
⁊ maior sit mora constrictionis que est inter duas diastoles: tunc dicitur
deciduus. Si autem equaliter fit inter duas moras erit pulsus medius
inter decidentem ⁊ incidentem. Potest etiam hic pulsus attendi ꝺm col-
lationem ⁊ comparationem plurium morarum ad moras ꝺm multos pul-
sus consequentes ⁊ succedentes. Nam incidētia quandoqꝫ habent locum
in vno pulsu: quandoqꝫ in pluribus. In vno vt si fiat comparatio pluriū
morarum ⁊ constrictionum ⁊ dilatationum sibi per multos pulsus succe-
dentium. Si ergo contingat ꝙ pulsus continuet quinqꝫ percussiones for-
tes ⁊ sexta decurrat debilis vel aliquantulum deficiens: ⁊ postea succedāt
decem fortes ⁊ sequatur vndecima debilis. ⁊ postea occurrant viginti for-
tes. ⁊ sequatur vigintinna debilis vel deficiens. ⁊ sic procedat pulsus mul
tiplicando percussiones fortes quousqꝫ debiles prorsus non appareant ta
lis pulsus dicetur incidens. ⁊ significat confortationem virtutis ⁊ conuale
scentiam ⁊ plenariam crysim futuram. Similiter decidens duobus modis
potest itelligi vt dictum est de incidenti: aut in vno pulsu: aut in pluribus
quomodo in vno dictum quomodo in pluribus fieri debeat: sic constat:
quoniam si precedant decem fortes percussiones ⁊ sequantur vndecim de
biles: ⁊ post sequantur sex fortes ⁊ septem debiles post quattuor fortes ⁊
quinqꝫ debiles: ⁊ post tres fortes ⁊ quattuor debiles. ⁊ ita paulatim quo-
usqꝫ multiplicatis debilibus fortes euanescant percussiones tūc talis pul-
sus dicitur esse decidens. i. propter minorationem sui a notitia nostri sen-
sus cadens. Et nota ꝙ pulsus incidens comprehendit caudam soricinā
retornatiuam. Decidens vero continere potest caudam soricinam finiti-
uam. Attende ꝙ per decidentem vel deficientem pulsum accidentē in die
cretico mortis hora potest distingui. Et per incidentem hora ꝯualescen-
tie potest signari. Ponatur ergo ꝙ aliquis infirmus pulsum habeat de-
cidentem. vtrum debeat euadere ab illa egritudine: sic cognosces. Com-
putandum est ergo a prima defectione pulsus vsqꝫ ad secundam ⁊ in qua

f

hora diei fiat et contingit quot ictus in prima deficientia et quot in secunda. verbi gratia: inter primam et secundam: fortes tibi occurrant triginta percussiones in hora diei tertia. Sed cum sit molestum te semper ibi esse et computare numerum alia die eadem hora venias et numera percussiones eiusdem pulsus inter unum deficientem et alium. Et si modo deficientem inueneris in undecima percussione. Et si quindecim percussiones fortes amisisti cum prius haberes triginta signum est quod transactis aliis horis alias quindecim percussiones amittet. Et in eadem hora morietur. Eodem modo de incidenti facere poteris et crysis ad bonum futura designatur. Siquis habeat pulsum deciduum computa a primo incidenti et aliquantulum fortiori usque ad secundum incidentem in qua hora hoc fiat: et quot percussiones sint inter primum pulsum incidentem et secundum aliquantulum fortiorem. verbi: gratia si inter primum et secundum incidentem triginta tibi occurrant percussiones ut in hora diei huius tertia fiat post in secunda die eadem hora veniens computa sicut in prima die si inter primum incidentem et secundum inuenis quindecim motiones: inuenisti incidentem: ita procedendo poteris pronosticari crysim futuram secundum magnam et paruam horam et horarum et ictuum computationem. ¶ Incidui. idest incidentis. ¶ Accepto bravio. Assecuto premio corone propter debilitatem egritudinis. ¶ Per deciduum. idest decidentem. Littera plana est.

De equali et inequali pulsu: ordinato et inordinato.

Iuncta bona paritas bona fit. mala iuncta sinistro.
Contrahit adiuncte compaginis emula formam.
Imparitas reprobanda boni: laudanda sinistri.
Nam tibi propositis que sunt optanda duobus.
Elige quod fixum stabili bonitate moratur.
Ex tibi propositis que sunt fugienda duobus.
Elige mobilius: fuge quod constantius extat.
Qualibet in specie pulsus paritas reperiri.
Imparitasue potest: sed non equaliter equum.
Unica solius facit obseruantia pulsum.
Si magnus se cõtinuet: propriumque tenorem.
Seruet: inoffensum cadit a plena paritate.
Cum species aliena subit: non dicitur equus.
Simpliciter: sed in hoc: cum non sit in omnibus equus.

¶ Octo generibus assignatis et eorum accidentibus executis et expeditis agit de duobus extremis generibus que accidentia sunt: et principalibus predictis adiũcta sunt. s. de equali et inequali: ordinato inordinato. nec tamen de ordinato et inordinato agitur nisi secundum distinctionem suarum specierum et partium. Est itaque pulsus equalis cuius percussiones uniformem et consimilem habent rationem: et uniformiter occurrunt in digitorum ex-

tremitatibus: vt si percussiones sint magne ⁊ in magnitudine equales non parue non rare non spisse nō debiles nec in aliquo diuerse. Et iste pulsus equalis dicitur absolute. Inequalis autem est cuius percussiones diuersantur siue sit in motu vt modo sit spissus modo velox modo tardus: siue in quātitate dilatationis vt modo sit magnus modo paruus. Siue in virtute vt modo sit fortis modo debilis. Sicut autem quidā est equalis pulsus absolute seruans equalitatem in omnibus. ita quidā est inequalis absolutam seruans inequalitatem in omnibus percussionibus. Et est quidā inequalis in quantitate qualitate: in aliis tamen diuersatur: ⁊ ille inequalis dicitur. Sed in aliquo equalis nuncupatur. Et nota ꝙ omnis equalitas in bono est bona: in malo mala. Et inequalitas in malo bona est: ⁊ hāc diuersitatem ẜm diuisionem auctor insinuat in capitulo presenti. hec diuisio non tantum habet locum in consideratione pulsuum sed circa meditullium venarum. ¶ Paritas. idest equalitas. ¶ Sinistro. Cū sinistris ⁊ malis differentiis. ¶ Imparitas. idest inequalis.

Sequit̄ de pulsu qui dr̄ cauda retornatiua ⁊ de eo qui dr̄ cauda finitiua.

Cauda retornatiua primo mollescit in ictum.
In reliquo languet fit tertia motio leuis.
Iudicio sensus se quarta magis manifestat.
Quinta viget valido firmatur sexta vigore.
De tenebris sensus: ⁊ de langoris ab ipso.
Repit in excessum graduali tramite pergens.
Hoc pulsu solitos natura reciprocat ictus.
Finitiua suos motus orditur ab alto.
Sensim deprimitur: declinat: mollificatur.
Et de propatulo sensus se mergat in imo.
Hic vicinantis affert preludia mortis.

¶ Hic agit de spēbus ineq̄lis pulsus ⁊ inordinati cuius multe sunt spēs .s. cauda soricina finitiua ⁊ cauda retornatiua: caprizās martellinus: ramosus: fluctuās: spasmosus: ptysicus: formicās: vnniculosus sorinus. Prius exequit̄ de cauda soricina finitiua ⁊ retornatiua: q̄ licet possint esse species ordinati ⁊ eq̄lis: sub ineq̄li tn̄ ⁊ inordinato continent̄: qꝛ qn̄qꝫ cauda soricina finitiua ⁊ retornatiua ꝓcedunt in ꝑcussionibus suis ẜm ordinatā inequalitatem. ⁊ qn̄qꝫ ẜm ordinatā. vbi nāqꝫ est ꝑturbatio nature tanta vix ad plenum ꝯsequentis ineq̄litatis ordinatio potest seruari. Constantinus tn̄ in pantegni has spēs ordinat sub ordinato ⁊ eq̄li. est ḡ pulsus cauda retornatiua q̄si ab occultis ⁊ q̄si ab insensibilibus ꝑcussionibus icipiens paulatim graduali tramite ẜm ordinatū modū maiorādo ꝓcedit de minimis ad paruas: de paruis ad aliquātulū aptas: de aliquātulū aptis ad magis manifestas: ⁊ ita ꝯtinuatim ⁊ ordinatim ꝓcedit: quousqꝫ se recipiat in fortes mo-

tiones. Dicitur autem hic pulsus cauda retornatiua cauda soricina: quia sicut cauda soricis in finali extremitate que ab animali corpore remotior est incipit a nimia gracilitate ꝛ continuatim procedit ſm grossitudinem ꝛ maioritatē corpulentie: quousq; attingat corpus animalis. Sic ꝛ iste pulsus ratione similitudinis maiorando procedit paulatim de debilibus ad minus debiles: ꝛ de minus debilibus ad aliquantulum fortes de fortibus ad fortiores percussiones. Cauda soricina finitiua per contrarium potest intelligi: quia a fortioribus incipiens per minus fortes transit: tertio per debiles: quarto per debiliores: tandem ab eo descendit per gradus debilitatis: ꝙ non sentitur ꝛ hoc assimilatur caude soricine finitiue. Nam cauda soricina finitiua a parte animali inserta grossior est: ꝛ paulatim gracilisēdo procedit vsq; ad finem. Cauda retornatiua significat confortationem nature salutis reuersionem. Finitiua prenuncia est mortis.

De consolatione medici cum eger moritur.

Collectis fuge sarcinulis opifex medicine.
Nil impensa valent tua: nil suffragia prosunt.
Damna resarciri nequeunt iam morte propinqua.
Atropos excludit lachesim: vitalia rumpit.
Stamina dissoluit gumphos vitaq; relegat.
Salua tibi maneat frontis verecundia. vultum.
Extere: ne pariat tibi mors vicina pudorem.
Mortiferos tua preueniat sententia casus.
Officium vatis retinens nomenq; prophete.
Non semper sanat medicus: rhetorue perorat.
Sed tamen officium concludit fine supremo.
Singula que debet si contingentia seruet.
Vitam victuro vel si mortem morituro.
Judicio dictet stabili: que culpa medentis.
Officium commune durum: curatio morbi.
Actio communis vix consumatur ab vno.

¶ Quia forte medicus propter mortem egri preminentem desperaret ꝛ de vita sua timeret credens sibi ab amicis suis imputari: ideo auctor ipsum cōsolatur: ꝛ amicos eius corroborat ꝛ firmat: ostendens ꝙ non sit timendum. ꝛ cum prenunciauerit mortem egri potius sibi copulabit gloriam ꝛ honorem: ꝙ̄ pudoris ambitionem: ꝛ loco prophete inter homines reputabitur: quia morituri solis pronosticis.

De pulsu caprizante.

Descensu saltum geminat caprinus ab vno.

More caput saliens: que bis prius aera pulsat.
Et semel in terram querat defigere cursum.
Cedit in hac specie progressio prima secunde.
Si species talis genesi dictante resultat.
Hoc signo vasis substantia dura rebellis.
Aure vitalis vis imbecilla notatur.
Sensus hebes ferrino preceps turbatio mentis.
Et multis resoluta modis vt verba moueret.
Mentis conceptum mutilata voce resoluit.
Si caprinus erit sine lege vel ordine pulsus.
In causa est mixtura mali: diuersa dieta.
Dissona materies: resolutio multa vaporis.

¶ In hoc capitulo diffinit auctor quid sit pulsus caprizans ⁊ eius significationem exponit. Est enim caprizans qui incipiens a velocitate ante digitorum percussionem videtur cadere ⁊ post mouetur incompleta dilatatione ad similitudinem caprioli caprizans dicitur. Cum enim capriolus incipiat esse velox in saltu quasi saltum videtur facere in aerem ⁊ post in complendo cursu: ⁊ complendo saltu est velocissimus. Talis vero pulsus antequã regrediatur in centrum duas habet dilatationes primam minorem secundam maiorem sicut etiam facit capra saliens in aere que prius extollit vna vice pedes: deinde alia vice iterum se extollit antequã in terra ponat vestigium. Caprizans itaq pulsus: alius est ẜm naturam: alius preter naturam: que autem sunt significationes naturales: ⁊ que non naturales: auctor in hoc capitulo exprimit.

De martellino pulsu.

Cum ferit incudem bis malleus: ⁊ resilire.
Cogitur obiecti massa suadente metalli.
Et sit diuiduus: in se tamen vnicus ictus.
Sic resilit duro membri concussa rigore.
Et digitos species sic martellina retendit.
Nec redit in centrum donec geminauerit ictum.
Exquo natiuo signatur spiritus igneus.
Cor siccum: discors mentis presumptio: fastus.
In febre continua martellino dominante.
Caumate febrili cordis depascitur humor.

¶ Sequitur de martellino: qui a martello dicitur. Sicut enim percussio martelli supra incudem insequentes cadit percussiones plures propter percussionem martelli ex duricie incudis. sic etiam martellinus pulsus in dilatatione sua antequã ad centrum regrediatur ex percussione spiritus:

⁊ organi duricie bis digitos percutere videtur:⁊ fiunt quasi dilatationes due. sed precedens est maior: secunda minor. Sed in caprizante sequens ascensio maior est precedente. Martellinus pulsus ex duricie substantie organi contingit. ⁊ hoc propter superabundantiam spiritus quo spiritu mouetur arteria. ⁊ pre duricie ipsius spiritus repercussus rursus mouetur: ⁊ facit secundam ascensionem. vnde dicit Philaretus ꝙ martellinus siue bis pulsans currente violenter spiritu in secundam venit percussionem: vt in incude venit malleus. Et est differentia inter caprizantem ⁊ martellinum: quia in caprizante non repercutitur spiritus: vt in martellino: sed ante digitorum percussionem quasi cadere videtur: ⁊ post incompleta dilatatione vehementer citatur. Martellinus itaq; pulsus si sit ſm naturam significat contumaciam cordis: ⁊ pertinaciam mentis ex siccitate ⁊ superbia ex abundantia spiritus. Si autem fiat preter naturam significat successionem cordis ⁊ humoris defectionem: sicut in accutis contingit.

De ramoso pulsu.

Finditur in ramos ramosus ⁊ organa motu.
Quadrifido feriens digitos percurrit: in imo.
Discolor in pulsu: sicut confusa resistit.
Vox chitare fidibus vno simul ordine tactis.
Hec species crassis imperio suadente figurat.
Mobile propositum: cordis mutabile votum.
Si talis cogente mali synthomate fiat.
Morbi materies fit dissona: causa repugnans.
Militat: ex equo virtus synthoma retundit.
Vita reformatur: nutrix natura resurgit.
Expirante mali nebula redit aura salutis.

¶ Hic ponit ramosi pulsus diffinitionem: ⁊ significationes eius ostendit. Est itaq; ramosus pulsus qui primis digitis tangentis apparet alio modo ⁊ reliquis digitis apparet inequalis: vt si appareat vni digitoꝝ velox alii tardus vni spissus: alii ramosus: vni fortis: alteri debilis: vni inciduus ⁊ apertus: alteri deciduus ⁊ occultus. Et attenditur ſm quantitatem motus: aut motionis virtutis: ⁊ ſm motionis numerū. Non enim potest variari iste pulsus ſm magnitudinem. Impossibile enim est ꝙ sub vno digito in eadem parte organi sit magnus: ⁊ in alio digito vel in alio in paruū mutetur in eadem ꝑcussione: aut in eadem ꝑcussione fiat paruus ⁊ etiā magnus. Magnꝰ.n. ex necessitate q̃ttuor digitos trāsit. Similiter ramosus nō pōt attendi ſm varietatē latitudinis aut stricture: caliditatis aut frigiditatis: duriciei aut molliciei: vacuitatis aut plenitudinis. Nūq̃.n. in eadē ꝑcussione pōt attendi pulsus in diuersis digitis: ramosus: latus: ⁊ strictus:

calidus ⁊ frigidus: mollis in quibusdam: durus in aliis: vacuus in vno plenus in alio. ⁊ similiter paruus ⁊ magnus ſm velocitatem tarditatem: debilitatem ⁊ fortitudinem: raritatem ⁊ frequentiã poteſt conſiderari. ¶ Ramoſus alius ſm naturam alius preter naturam. Secundũ naturam factus cordis mutabilitatem ſignificat. Preter naturã factus in acutis febribus humoꝝ ſignificat contrarietatem: nature conualeſcentiã ex parte ſignificat: ⁊ ex parte vite laborem: ⁊ finem morbi declarat. Pulſus ramoſus ſm Philaretum habet fieri ex aliqua ſuperfluitate in concauitate arterie cõtenta que aduenienti ſpiritui reſiſtit. vnde tota arteria propter reſiſtentiã ſuperfluitatis aduenientis ſpiritus: non poteſt totaliter dilatari. Sed motus cordis ⁊ motus ſpiritus tranſfertur deorſum ⁊ ſiniſtrorſum: ac ſi eſſent diuerſificati. His determinatis littera clareſcit per ſe ſm diuerſitates eaſdem teſte Conſtantino in pantegni. Caudam ſoricinam ⁊ pulſum inclinatum licet inuenire. Cauda ſoricina in diuerſis digitis inuenitur: cum pulſus ab vno digito attingenti brachium eſt groſſus: ſub digito ſecundo eſt minor: ſub tertio eſt paruus: ſub quarto eſt minimus. Similiter hec cauda in forti ⁊ debili veloci ⁊ tardo poteſt ĩtelligi. Sed hec cauda ſoricina differt ab alia de qua ſuperius cum ipſo auctore pertractauimus. Inclinatus aũt pulſus attenditur ſm diuerſitatem percuſſionum ſub quattuor digitis: vt ſi ſub duobus digitis mediis groſſus: ⁊ ſub duobus extremis ſubtilis: aut in mediis apertus: in extremis occultus. apparet autem ſurſum extremitas: deorſum inclinari ex defectu virtutis ſubſtantiam organi ex parte brachii leuare nequeuntis: cauſa arterie grauitatis in extremitate intra manũ ex defectione ſola eſt virtutis illic vix peruenientis. Inclinatus ſimiliter de forti ⁊ veloci ⁊ tardo eſt intelligendum. Et ille inclinatus pulſus ⁊ cauda ſoricina predicta. Sub ramoſo pulſu comprehendi poſſunt. Nã ramoſi pulſus poſſunt eſſe multe ſpecies. Sub eadem etiam ſpecie continetur ſerrinus: de quo dicetur in ſequentibus. Qui autem ſub vno digito mouetur ſub tribus eſt quietus: aut ſub duobus primis mouetur: ſub aliis quieſcit: aut ſub vno fortis: ſub altero debilis: ſub tertio debilior: ſub quarto debiliſſimus ita ꝙ non ſentitur. Et hoc eſt ꝙ pulſus dictus cauda ſoricina poſſet intelligi: quando gradatim debilitando procedit de primo digito ad ſecundum: de ſecundo ad tertium: de tertio ad quartum. Sed hic non gradatim procedit in debilitate per quartum digitũ vt ſi ab vno moueatur: ſub aliis quieſcat: aut ſub duobus primis moueatur: ſub aliis non: dicendus eſt ſerrinus. dicitur autem a ſerra: quia ſerre dentibus aſſimilatur.

De fluctuante pulſu.

Vaſa procelloſus enormi concutit ictu.
Fluctuat: exundat: fremit: eſtuat: ⁊ digitales.
Ventriculos ſibi compreſſos lateraliter ambit.
Pars ⁊ ſurſum: pars ⁊ retro: ⁊ ante mouetur.

Inde probes subitum mentis cordisq; tumultum.
Sanguinis vndantis turbato in corpore motum.

¶ In hoc capitulo agit de procelloso pulsu siue estuoso. Et constantiam quã Philaretus fluctuationem appellat prosequitur: & ostendit quid sit fluctuans pulsus: & quid habeat significare. Estuosus pulsus est cum organi pars auriculari digito superposito superior ante mouetur: sub altero digito inferius: & tardius: pars autem organi dextrorsum & sinistrorsum sentitur moueri: quedam pars late: quedam pars stricte: vt videmus in tempestate maris. Fluctuans igitur pulsus habet fieri ex abundantia aquosi humoris infundentis corpus arterie magis q̃ debeat. vnde spiritus in arteriis generatus aquosum humorem in arteriis existentem mouet magis in vno loco arterie q̃ in alio. & ideo quasi quedam inundationes siue p flatus per pulsum sensui subiacent. & ideo pulsus fluctuans dicitur: talis pulsus solet reperi in quadã specie hydroposis que anasarca dicit: idest equalis resolutio carnium. Significat pulsus iste quandoq; mentis ꝑturbationem: aut iram subitã: aut tristiciam: aut humoris subitam perturbationem.

De spasmoso pulsu.

Spasmosus vacuus tensi quoq; more rigescit.
Funiculi: ptysicis famulatur: & extenuatis.
Corporis humorem depascit: sorbet inanis.
Plenior occurrit species spasmosa replentur.
Organa: reumaticus neruis infunditur humor.
Lenia motiuo viduantur membra vigore.

¶ Hic exequitur de spasmoso pulsu qui aliter ptysicus appellatur: & eius significationes exponit tam ptysici q̃ spasmosi. de repletione prouenientis. Spasmosus itaq; & ptysicus habet fieri carne consumpta & desiccata p calorem febrilem: vnde non habet arterias: nisi collocetur ad modum corde tense & tenditur. vnde digitis compressa transfertur a dextra & sinistra. vnde videtur spasmosus & ramosus idem esse. sed differũt propter causas differentes: quia in ramoso corpus arterie diffindit: sed ĩ spasmoso neruus tenditur: & multum duricici sentitur. vnde dicitur spasmosus propter tensionem nerui vel arterie: vel quia spasmum futurum significat. In ramoso autem non fit talis tensio quemadmodũ in spasmoso. Spasmosus itaq; significat desiccationem corporis: & consumptionem humorum: induratione arteriarum & nimiam desiccationem. Et significat spasmum de inanitione. Est autem quidam spasmosus de repletione humorum: vnde arteria sentitur multum turgida.

De formicante & vermiculoso pulsu.

Sunt gemini pulsus formicans vermiculosus.
Estiuis potius in febribus:⁊ per acutis.
Mortis precones fidi:reserantqꝫ sepulcra.
In febre formicans:pulsu vermiculante verendus.
Non redit ad melius.sed vitam morte soporat.
Sepius has species excepto caumate febris.
(Non vrgente necis discrimine.)syncopis infert.

¶ Hic agit auctor commixtim de duabus speciebus inordinati pulsus.s.
vermiculoso ⁊ formicāte.vermiculosus more estuantis mouet:sed estuans
maior est ⁊ fortior.vermiculosus minor ⁊ debilior:tamen velocior ⁊ spissior
est:quia huius causa virtus est defecta:⁊ dicitur vermiculosus:q̄ sentitur
sub digitis vt vermium motus.Et formiculosus mouetur sicut vermicu-
losus.Sed formiculosus minor est ⁊ defectior:⁊ spissior. Cum enim eius
virtus omnino est ablata ⁊ defecta dicitur formiculosus:quia sicut formice
sub digito sentiunt:sicut itaqꝫ formica minorem habet motum q̄ vermis.sic
⁊ formicans pulsus minor est:⁊ defectum significat:plusqꝫ vermiculosus:
cum eius motus sit minimus:sicut motus formice minor est motibus alio
rum animaliū:sed pulsus aliquis deficit vsqꝫ in formicationem:⁊ hoc fit ex
synthomate acute febris ⁊ ex consumptione spirituū omnino depriuādus
est ⁊ vita patiens.Si vero deficiat vsqꝫ in vermiculosum ⁊ ibi maneat ⁊ nō
progrediatur ad formicantem non moritur omnino.Et nota ꝙ ante formi-
culosum necessario venit vermiculosus.si de formicante fiat regressus in
vermiculosum bonum est.sed si de vermiculoso fiat descensus in formicu-
losum est.Formicans ⁊ vermiculosus quandoqꝫ fiunt ex subita dissolutio-
ne virtutis sicut propter multam inanitionem sanguinis:vt in fluxu per
emoroidas:vel a naribus vel a ventris immoderato fluxu:vel menstruo-
rum in mulieribus.vnde patiens ex tanta virtutis cōsumptione vel disso-
lutione propter defectum spirituum:⁊ nutrimenti subtractionem syncopa-
re cogitur:⁊ pulsum habet formicantem vel vermiculosum.De tali autem
pulsu non est desperandum:q̄ ex tali causa habet contingere. Videmus
quandoqꝫ multos syncopizantes:in quibus nec flatum nec pulsum perpen
dimus:qui tamen per assumptionem aque frigide ⁊ confortatione ex aro-
maticis ad priorem statum regrediuntur.De pulsu ergo ex tali causa mu-
tato non debet desperare medicus:nec morti patientem adiudicare. Ga-
lienus nāqꝫ exemplum ponit de quadā muliere habente suffocationem ma
tricis:in qua nullus sentiebatur pulsus cuius ori lane flosculum apposuit
subtiliter carpinate vel carminate:⁊ lana aliquantulum commota ⁊ calefa-
cta:ex anhelitu eius cognouit eam adhuc viuere:⁊ post operam suam adhi
bendo:eam ad sanitatem conuertit.Qꝫ si pulsus formicans ⁊ vermiculo-
sus fiat in corporibus defectis:⁊ desiccatis ex febribus acutis non propter
immutationem nature subitam:tunc desperandum est:⁊ per talem pulsum
sententia mortis diffinienda est.

Sequitur de pulsu serrino.
Occurrit: digito species serrinã priori.
Debilis: in reliquo fit languida: nulla sequenti.
Hic trahit a serra cognata vocabula pulsus.
Cuius cum primis incisio dentibus acta.
Est grauis: in reliquis grauior: funesta supremis.
Corporis hoc pulsu fatalis serra vigorem.
Amputat: ⁊ vitam nubes letalis obrumbrat.

¶ Hic agit auctor de pulsu serrino qui diuersis modis intelligi potest. Nam quandoqͥ sub vno digito mouetur: sub tribus est quietus: aut sub duobus primis mouetur: sub aliis quiescit: aut sub vno fortis: sub alio debilis: sub tertio velox: sub quarto tardus. Serrinus autem notat a serra: quia dentibus serre assimilatur: quando inequalem facit incisionem. ⁊ fm hoc clauditur serrinus. Serrinus pulsus sub quibusdam speciebus predictorum pulsuum potest contineri. Fit autem serrinus quãdoqͥ vt in pº digito sentiat debilis in 2º quasi deficiens. In tertio omnino nõ sentitur. fm aũt hanc estimationem quedã cauda soricina finitiua erit pulsus serrinus.
Hic auctor musam suam alloquitur vt sigillet opus de pulsibus.

Fige tuo metas operi. sat prata biberunt.
Semina luxuriant. prius arida terra colono.
Plenius arridet pingui letamine gaudens.
Et fructus nobis exponens diuite vena.
Iam sterilem cultum philareti someris horret.

¶ Hic finis imponitur tractatulo de cognoscendis vrinis ⁊ pulsu peritissimi magistri Egidii cum expositione ⁊ commento magistri Gentilis de fulgineo summa cũ diligentia pluribus in locis castigatus a magrõ Auenãtio de camerino artiũ ⁊ medicie ꝓfessore Venetiis ipressus p Benardinũ Venetũ expensis. d. Jeronymi duranti. die. 16. mensis februarii. 1494.





